Submittentes in sporta.) χαλκοσαντης, quod est funibus ex alto pensilem demittere, ut alias indicauimus. Et disputabat cum græcis.) οὐει θεα πρὸς Τους Ελληνιστας disputabat aduersus græcos. Caterum illud quod præcessit cum gentibus, in græcis codicibus non inuenio. Et mox quærebant eum occidere græcis est επιχείρου. i. conabātur siue aggreditabantur. Ecclesia quidem.) οὐει οὐει εκκλησίω, id est igitur ecclesia quidem numero pluratiuo, quod tum omnes congregations christianorū dispersæ dicerentur ecclesiæ, qua tamen omnes in unam recidunt ecclesiam. Per uniuersos deueniret) Quidam addunt hoc loco fines, sed perperā, quandoquidē de hoibus sentit Paulus, non de locis.

Sanet te dominus.) οὐει ται poterat accipi & sanat indicandi modo non imperandi. Lyddæ & Assarone.) Λιδδαν Ασσαρωνα, haud scio an hæc sit quā in hebraicis noibus corrupte legimus Accaron, quā eandē quidā putarunt esse turrim Stratoni postea Cæsaream nominatā. Nomine Thabita) Hoc certe loco Thabita nō potest esse uerbū, *Thabita*, Iohannes Capnion Thabiā legendū esse putat, uocē enim Assyriā esse, quæ illis Capream significat, Certe qui literas callent hebraicas satentur hoc puellarū uocabulū nōnihil ha-

bere cognitionis cū uerbo uidendi, quod illis dicitur ορνή. Et græcis item ὄφης caprea a θέρκομαι uideo deducta est, quod id animal acī oculorū acie putetur esse. Vnde & qui sunt perspicacibus oculis οξὺς θέρκεις uocantur. Caterū Lauretius maluit ab interprete latinam uocē fuisse redditā, nēpe Caprē. Nā Lucas Dorcadē interpretā, sed græce scribēs

Miserūt duos uiros.) In plārēsc̄ grācis codicib⁹, tantū est ἀπέσθλαρ. i. miserūt, in uno reperi d̄uo ἀνδρ̄es ascriptum, sed in spatio marginali. Ne pigritteris sine causa mutauit p̄sonā μὴ ὀκνησαι διελθεῖμ ἔως αὐτῶν. i. ne pigritaret pertransire uſc̄ ad seſe. Quas faciebat illis dorcas.) ὅσα ἐποίει μετάνθη ὅσα καὶ δογματα. i. quas faciebat secū viuens dorcas siue quas faciebat dum cū illis esset dorcas. Et multi crediderūt domino.) ἐπὶ Τῷ κύριῳ. i. in dñm Vnde appetat interpreti nihil retulisse, utru dicas credere dñō & credere in dominum.

Apud Simonem coriarium. Buporū quod opificium non solum plebeium uerū & sordidū habetur. O quantus hospes & apostolici culminis princeps apud cuiusmodi diuersatur hospitem. Nunc triū regū palatia uix sufficeret, excipiēdo Petri uicario. Eo creuerūt opes ecclesiæ. Cētūrī cohortis) minus ambiguum erat ex cohorte. Neq; emis erat princeps totius cohortis, quæ circiter mille milites cotinet, sed unus ex ea cohorte, atq; ita est grāce ēx auctoritate.

EX CAPITE DECIMO.

Quis es domine) t̄i ēsi κύριε. i. quid est dñe. Atq; ita legēdū arguit ipsa etiā An
geli responsio. Duos domesticos) δύο τὸν ἀκέρων. i. duos famulorū.
Militem metuentē dñm.) εὐτοβῆν. i. pium. Qui illi parebant.) τὸν προσκαρτε
ρούντωμαυτῶ. i. qui illi assistebat, siue ut alibi uerit inserueriebant. Parebant &
cateri milites, uerū hi semper aderant ministerij gratia.

In superiora) ἐών τὸ δῶμα. Et uidit) ὁ Θεωρεῖ. i. uidet p̄sentis temporis.

Vas quoddā uelut linteū. Hieronymus in Esaīā citat, uas quoddā linteū, nec id uno sane loco. Quatuor initijs summitti) Græci legunt. Quatuor initijs alligatū ac demissū e cœlo, τέσαροι ἀρχαιοῦ εμβύνον καὶ καθίεμον. Quadrupedia &c. græce sic habet τετρά ποδα της γῆς Τα δημία, καὶ τα ἐρπετά. i. quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia. Porro δημίου græcis proprie noxiā bestiam significat, ueluti uiperam aut lupum.

Occide & maduca.) Διάσθη μὴ φάγε, i.sacrifica,sue macia & ede. Absit dñe) μηδ' αμώς,
id est nequaç. Iterū secudo πάλιν ἐκ διετέρου. Rursus iterū. Tu cōmune ne dixeris
cōmunia uertendū crat,quāç grāce uerbū est, μὴ κοίνα, i.ne cōmunicā,hoc est ne feceris
cōia, Sic enim hebræi uocant impura .

Per ter. ἐπὶ τοῖς i.ad ter. φῆ satis erat dicere ter. Nouū sermonis decus cōmentus est interpres. Et statim receptū est καὶ πάλιν ἀνελαφθεὶ. i. & rursus receptū est, nimirū quod inde uenisset. Accersire te) Rursū uerit figurā græcā latine dixisset ut accerseret te.

Introducēs ergo. ἕντονα πάντας σὺντονούσιν. i. introuocatos siue invitatos. Quō abominatum sit.) ὡς ἀδέμητός ἐσι. i. ut nephias est, nā parū erat ciuile, ut Petrus apud ethnicū dicat, abominandū esse cū eo colloqui. Verū ex consuetudine suæ gentis sibi nō esse phas cū illo cōgredi. Et mox adiūgere se græcis, est κολλᾶσθαι adhærere siue adglutinare.

Sine dubitatione, ἀναντηθήτω, i. citra contradictionē. Nudius quarto die.) & ὅτῳ
τετόρτῃ ἡμέρᾳ μέχρι ταύτης φί ὥρας ἡμέρη τικεύωμα, μὴ τινὶ ἐνάτῃ ὥρᾳ προσευχόμενῷ. i. quarto
ab hinc die, usq; ad hanc horā, sedebā ieunans, & hora nona orās. Ex uerbis interpretis
apparet Cornelii ieunasse & orasse totū quatrīdū. Sentit aut̄ sc̄ ieunasse & orasse die
quodā, qui quartus esset ab eo quo colloquebā cū Petro. Siquidē usq; ad hanc horā di-
xit pro usq; ad hoc tēpus, & p̄ ἡμέρη sedebā nonnulli legunt ἡμέρη eram prima uocali atte-
nuata. In ueste cādida.) λαμπρά, i. splendida. Et eleemosynæ tuæ cōmemoratæ sūt.)
Ἐμνύσθησαρ, i. in memoria habita. Nā memorat̄ quod narrat̄. Simonis coriarij iuxta ma-
re.) Sub hac addunt græci codices quod in nostris omnino non habetur ὃ τασαγενόμε-
μος λαλάνται, i. qui adueniens loquetur tibi. Adsumus audire.) Græcanici lermōis for-
mam reddidit τάσσεσμεν ἀκοῦσαι, p̄ eo quod est adsumus ut audiamus, siue ad audiendū.

Sed in omni populo,) ἐν παντὶ γένει, in quavis gente. Verbum misit filium.) τὸν λόγον δὲ ἀπέσταλεν

πρεσβετερον. i. uerbū qd misit. Offensus lector oratione nō absoluta sustulit, quod. Aut em̄ anapodotos est oratio, aut accusatiuo abusus est loco nominatiui, hoc est uerbū qd misit filijs Israel. Aut quod mihi maxime probatur accusatiuo hic λόγον referendus est ad uerbū, quod sequitur ὅδατε, i. scitis. Deinde quia intercessit hyperbaton, & item parenthesis, quod ante dixerat λόγον alia uoce repetit p̄m̄, ut legamus ad hunc modum. Verbū quod misit filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christū, deinde per parenthesim interiūcit, hic est omniū dñs, ipsi nostis, uerbū inq̄ quod factū est p̄ oēm Iudeā.

Incipiens enim.) enim adiecit aliquis de suo, cū non sit in græcis exéplaribus, & incipiens ἀρχάμενον hoc loco neutri generis est, ut referat ad uerbū. Porro uerbū hoc in loco nihil aliud dicit, q̄ rem populari sermone iactatā. Eum rumorē ait ortū ex Galilæa post baptismū Ioannis. Deinde ponit argumentum rumoris, dē Iesu Nazareno.

Quomodo unxit eū.) quidam codices habebant, ὡς ἔχεισθαι αὐτὸν. i. quomodo unxerit eum, Quidam δὲ ἔχεισθαι αὐτὸν. i. quem unxit eū. Cæterū illud pronomē eum omittendum erat interpreti, quod ex idioma sit sermōis hebræi. Incertū Petrus hæc hebraice dixerit an græce. Tamen etiā cū græce scribunt apostoli, multū referunt ex proprietate suæ linguae. Quemadmodū & hodie qui latine loquunt̄, parū alioqui literati, nō nihil ad miscent ex sermone uernaculo, uel imprudentes, puta Gallus e sermone gallico, Britanus e britānico, Germanus e germanico. Nā apostoli gracieitatē suā non e Demosthenis orationibus, sed e uulgi colloquio didicerunt. Oēs oppresſos.) καταδυνατούμενοι, recte uerit̄ interps, modo intelligamus hic oppresſos dici, qui tyrannide & potentia cuiuspiam opprimuntur, id enim sonat græca uox. In regione Iudaorū.) ἐντε τῇ χώρᾳ, i. & in regione Iudaorū conduplicata cōiunctione. Praordinatis a deo) προκεχειροτομητοις, quod magis sonat delectis, ut fit per suffragia. Remissionem peccatorū accipe re.) ἀφεσιμόμεντων λαθεῖν. i. cōsequi remissionē peccatorū, siue remissionē peccatorū accepturum esse. Oēs qui creditū.) πάντα τὴν πιστώντα. i. oēm qui credit aut quisquis creditisset. Ex circumcisione.) οἱ ἐκ περιτομῆς. i. qui erant ex circumcisione.

Et in nationes.) καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη. i. & in gentes, & ὁ φρέας donū esset & effusum nō quia est Nunquid aqua;) Græci legunt in hunc modū μάτι ἢ ὑδωρ καλύσσει σύναται τις, τοῦ μὴ βαπτίζονται τούτοις, & appareat hunc esse lensem. Nū quis uetare potest, quo minus aqua baptizentur ij qui spiritū sanctū acceperunt sicut & nos. ueluti plus sit spiritus q̄ aqua. cūq̄ ille contigerit, nihil esse magni si hoc accesserit. Cæterū ἢ ὑδωρ accusatiuo aut penitet a p̄positione subaudita κατα, aut adhæret uerbo βαπτίζονται, ea forma qua dicimus βαπτίζομαι βαπτίσμα.

EX CAPITE VNDECIMO.

Vare introisti ὅτι πρὸς ἄνθρους, ad uiros p̄putium habentes introisti. Nā ὅτι hoc loco confirmantis est, nec interrogant, sed accusant. Sub Stephano.) ἐπίστεφάνον. i. in Stephano siue aduersus Stephanū. Nā sub eo res geri dicit, qui imperio potis. Nequaq̄ duae.) μικραμῶς. i. idē uerbū qd̄ supius uerterat ablit. Ita ut cognominarent.) ἐγένετο δὲ αὐτοὺς εἰναὶ τὸν ὄλον συναχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ. C. διδάξει τὸν ὄχλον ἵνανον χρηματίσαι, τε πρώτορον ἐμ̄ ἀντιοχείατον μαθητὰς χριστιανούς, id est accidit aut ut annū totū coniuetudine ageret cū congregatiōne, doceretq̄ turbā multā, & primū Antiochiae uocarent discipulos christianos, nā illi uocabant eos christianos, sed Lucas appellat eos discipulos.

EX CAPITE XII.

M̄ ist Herodes rex.) ἐπέβαλεν. i. iniecit siue iniūciebat. Sinc intermissione.) M̄ ēkτενης. i. plixa, ut uerit̄ in euangelio, siue intenta. Qui placeret.) ὅτι ἀρεσούσι. i. placitū, siue gratū esse. Idem nomen quod ante uerit̄ aequū est. Non est aequū relinquere uerbū dei & ministrare mensis. Apphēdere) συλλαβεῖν. i. comprehendere. Erat aut̄ dies,) ἕρα, erant numero multitudinis. Et calcia te caligas tuas,) καὶ ὑπόσκον τὰ σανδάλια σα. i. subliga sandalia tua. Consyderansq̄.) συνιδωτε. i. recip̄ p̄pensa, nisi mauis ad cognitā domū referre. Ad ostiū.) Ad redūdat. Ianuæ) πυλῶνος Ad uidendū.) ὑπέργονον σαι. i. ut subauscultaret. Sequitur enim & agnita uoce Petri.

Annuēs autem.) κατεστοτε &c. Quid nam factum esset de Petro.) Τί ἔφαστο πέτρος ἐγένετο
id est quid Petrus esset factus, siue quia sic permisit sibi loqui Lucas, siue quod suscipia-
rentur methamorphosi mutatū in aliud quiddam, iuxta uulgi stulticiam qua creditum
est magicis artibus homines uerti in aues in genios. Iussit eos duci,) ἐκέλευσεν ἀπαχθῆ-
ναι. Parū liquet an Lucas Rhomano more dixerit duci eos, qui ducentur ad supplicium,
an abduci a se se in carcerem. Erat aut̄ iratus Tyr̄ijs,) θυμομαχῶν, quod Laurentius uer-
tendū putat irate siue acerbe pugnans, ἃς hīc homini nō assentior, nam dictio grāca
cōposita est ex ὅμιλος animo & μάχιδαι pugnare, quod nondum indixisse bellum, sed iā
animo bellū agitaret, ni placassent iratum. Eo q̄ alerentur regiones illorum ab illo.)
διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτὸν τὴν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. i. eo q̄ ipsorū regio aleretur a regia, ut sub
audias annona aut alimonia. Dei uoces.) φωνὴ θεοῦ. i. vox dei. Honorē deo.) δόξαρ,
id est gloriam. Et consumptus a uermib;.) Οὐ γενόμενος σκωληκόβροτος. i. obnoxius fa-
ctus morbo, quo qui laborant, exeduntur e uermib; opīnor eundem esse quē medici
pedicularem uocant. quo periūt & Lucius Sylla, certe ibi non felix.
Reuersi sunt ab Hierosolymis.) ἐπεισησυσταλλήμ. i. in Hierusalem. Ita legunt Græci, Verum
haud scio an perperam. Simon qui cognominatus est niger.) Mirū est latinā uocem
ab Euangelista esse positā.

EX CAPITE XIII.

Collactaneus.) σύντροφος, simul cū eo educatus. Segregate mihi Saulū.) Inter pres omisit διάχρονα τάξει μοι, i. separate iam mihi. Barieu.) Græci legunt se βαρικοτέρū, quod sonat filium Iesu, ut appareat, quod superioris adiectum est τὸ ὄνοματί non fuisse scriptū a Luca, quæ uox explicuerit ipsius hominis nomen, sed patris dūtaxat ipsius nomen paulo post adiecit. Verum cur addidit μεθεγμένηται, ue luti translatū indicans. At quo refertur hæc interpretatio, ad baricēsum nō potest, cum il lud sonet filium Iesu, aut certe filiū leu, Elymas idem sit quod faciens præuaricari siue ut Lyranus interptat mēsura dei mei siue dei mei cēsus. Nā יְהוָה deus me' וְיֵהוָה cēsus, unde sunt q missam, p sacrificio christianoꝝ deductā putant, An ad linguā diuersām: Iudæus erat & Elymas neq; græcū est neq; latinū. Quū igitur dicit interpretari Elymas, nisi forte Baricēsi: diuersa parentibus deinde ob intermixta cōmutata s̄t illi nomen Elymas.

Saulus autem qui & Paulus.) Laurentius hoc loco litigat de nomine Pauli, de quo non
bil attingemus cum ad Paulinas epistolas uentum erit. Qui Laurentiana uoleat cognoscere,
ex ipsius petat libris. Et omni fallacia.) p̄drouyias, dolum ante dixit, hic magis adden-
dum erat diuersum quiddam. Et graeca vox significat propensionem ad quodvis facinus.

Qui ei manum darent.) χρηματοδότες, i. manuductores, ut uerbum uerbo reddat, siue qui se manu ducerent. Venerunt Pergen Pamphyliæ.) Provinciæ nomen adiecit nō ob discretionem, cū non sit nisi una Perge, sed quod oppidi uocabulum nō perinde notum esset omnibus, ut provinciæ, ac paulo inferius discernendi causa apposuit provinciæ nomine Antiochiae Pisidiae, quod duæ sint Antiochiae, altera Syriae coæles, in qua Barnabas & Paulus apostoli sunt ordinati. Altera Pisidiae, in qua vñdicarunt.

Aſſumpti. προσκέλχυαι. id est aduocauit, siue accerſiui. Et manu silentiū indicēſ) καὶ τατασισας τῇ χερὶ, Idem hoc loco participiū est, quod superius uerterat annuens ma- tu. Sonat aut̄ mota manu. Plebis Israel. τῷ λαῷ τούτῳ, i. populi huīus.

Mores eorum sustinuit.) ἐπροποφόρησεν αὐτοὺς, Græcis unica dictio est conflata e duabus τριστοφορεῖαι, quod est ferre ac tolerare mores aliquicui. Quasi post &.) græca nonnihil dissident a nostris καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτει τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἐδώκε κρήτας. i. & post hæc annis circiter quadrageintis, & quinquaginta. Eduxit Israhel saluatorē.) ἤγαγε τῷ ιερῷ αὐτῷ σωτηρίαν, i. adduxit Israhel salutem. Est aut̄ Israhel hoc loco dandi casus.

Iesum.) Iesum non additur apud Græcos in nōnullis exēplaribus, sed tantū saluatorē. Et fortasse nōdū erat tēpus explicādi noīs. Prædicante Ioanne) ῥοκκριζαντθ' ιωάννει, ut ante pdicauerat Ioānes. Quē me arbitramini esse? nō sum) Aut Lucas abusus est tñx pro ὅμη, aut secus est distinguendū. Quē me arbitramini esse, ut hic sit interrogatio.

Deinde respondeat, Non sum ego ille, Nam Graecis est tūca μεν πονοεῖτε.

Adimpleuit filijs uestris τοις τέκνοις ἀνθρώ. i. filijs illorū, nēpe patrū. Sicut in psalmo secundo scriptū est.) Quidā codices habebāt in psalmo secundo, quidā in psalmo, omisso numero. At Hiero, palā testat in actis hunc psalmū qui apud nos secundus est, primi titulo citari, & hinc sumūt argumentū, aut primū illū Beatus uir, p̄fationis additū uice, aut illū & pximū. Quare tremuerūt, eundē esse psalmū. Proinde nos his autoribus germanam restituimus scripturā. Volūtati dei) τῇ βουλῇ. i. consilio dei. Sensus apud graecos nō nihil habet ambigui, Δαεὶδι μὴν γαρ ιδία γενεᾶ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ εκομένῃ, hoc est, nam Dauid quidē, cū suā generationi ministrasset, dei consilio dormiuit, ut accipiamus Dauid nō uixisse nisi sua aetate, & rebus bene gestis obdormisse cū cæteris, Cæterū Christū esse immortalē. Interps legit ιδία σενεᾶ, subaudiens p̄positionem ἡμ., & ὑπηρετήσας refert ad consiliū siue ut ille uerit uoluntatem dei, Mihi prior lectio uidetur lyncerior.

Et disperdimini.) καὶ διφαινόμεντε. i. euaneſcite. Exeuntibus aut̄ illis &) & hoc loco nō nihil dissident graeca ξειόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς ἦν οὐδείς αὐτῷ παρεκάλυψε τὰ ἔδυτα εἰσὶ μεταξὺ οὐβατορ λαληθήσαται. i. egressis e synagoga Iudeis, rogabant gentes, ut sequenti sabbato loqueretur. Quidam addunt ἀντοῖς τοῦ ματα. i. sibi uerba. Et colentū deū.) σεβομένων. i. religiosorum. Aduenarū προσκλήτων. i. profelytorū, sic enim aliquoties uerit.

Contradicēbā ijs quæ dicebantur a Paulo blasphemantes.) Graeci adiiciunt uerbum unū, haud scio an recte, ἀντιλέγοντες ἡνδιαλητες βλασphemouentes. i. cōtradicentes & blasphemantes.

Cōstanter.) παρῆσσιασάμενοι. i. sumpta fiducia siue audacia. Praordinati.) τεταγμένοι id est ordinati ad uitā. Disseminabatur aut̄ uerbū) διεφέρετο, id est differebatur dispergebatur. Mulieres religiosas.) σεβομένας, idem participiū quod modo uerterat colentes deū, uarietatis affectator. Et honestas.) καὶ ευσχήμονας, quod ad cultū, habitūc̄ corporis decorū ac probis dignū pertinet.

EX CAPITE XIII.

Factū est aut̄ in Iconio) cū Iconiū ciuitatis sit nomen nō regionis, Iconiū dicendū erat nō in Iconio. Sunt aut̄ duæ huius noīs, altera Lycaoniæ, altera Ciliciæ, de qua hic loquitur. Cōtumelij̄ afficerēt) ιθείσαι, potius est hoc loco, ut uim facerent. Neq; em usq; adeo timebant cōtumelias. Deinde qd̄ sequit̄ de lapidādo uelut interptatur supius uerbū. Intelligētes fugerūt ad ciuitates Lycaoniæ) συνιδόντες aptius erat re intellecta, siue quod cū animaduertissent. Et uniuersam in circuitu regionē) καὶ πλὴν περίχωρον. i. & in circūciacente regionē. Quorsum aut̄ hic attinebat addere uniuersam? Dij similes facti hoibus.) θμοιωθέντες adūsimilati, ut ita loquar, hoc est dij spe tie humana. Ante ianuas.) ἐπὶ τούς πυλῶνας. i. ad ianuas siue ad uestibula

Cū populis.) σὺν ὅχλοις. i. cū turbis. Exilierunt in turbas.) ἐσεπήδησαν. i. insilierunt in turbam. Est em̄ ὅχλος. Mortales sumus similes uobis.) Οὐκεῖδι θμοιωθέντες έχουσι. i. & nos iisdem obnoxij̄ sumus passionibus hoies. Neq; em̄ hoc ad mortē tantum pertinet.

Omnes gentes ingredi uias suas.) ταῖς δοσίς ἀνθρώ. i. uīns suis, nam ingredi posuit p̄ uiuere. & uiam prō ratione uita. Non sine testimonio, græce est ἀμέτυχον dictione cōposita. i. non expertem testimoniū, siue testimonij̄, & pro τεσσαρες Laurētius mauult permisit, ego malim nō passus est esse se expertē testimonij̄, hoc est aliquo modo testatus est, & filios suam diuinitatem. Et cum constituisserint illis.) χριστονίσαντες, creatis siue delectis illis p̄sbyteris, ut intelligam suffragijs delectos, q̄q; supius nōnihil abusus est eo uerbo Loquentes uerbū domini in Pergen.) λαλίσαντες ἐμ̄ πέργη ἐν λόγοι. i. locuti Pergæ sermone, nec additū est domini. Ac mox (descenderunt in Italiā) Graeci legūt τις απόλεσμα. i. Attaliā. Ea ciuitas est Pamphyliæ maritima, autore Hiero. Nā, p̄cul aberat ab Italia.

Morati sunt autem tempus.) Græcis additur ἐκεῖ cōmorati sunt illic tempus.

EX CAPITE QUINTO DECIMO.

Facta aut̄ seditione non minima) græcis pro una duæ sunt dictiones, sacerdos καὶ συζητάσσως, id est seditione & disceptatione, alioqui non quadrat quod sequitur cum Paulo

ANNOTATIONES

cum Paulo & Barnaba. Nec est non minima, sed ὅντες διάγασ, i. non exigua.

Et quidam alijs ex alijs.) pro ex alijs græci legunt ἐξ ἀνθρώπων, id est ex eis.

Ab apostolis & senioribus.) Pluribus uerbis agit hoc loco Laurentius, quoties dignitas significatur, græca uoce fuisse utendū p̄s byteri. Sic enim olīm uocabantur episcopi, teste nō uno in loco diuō Hiero. Quoties aetas indicatur, latine dicendū erat seniores, p̄nct suo arbitratu, ne dicam absq; delectu, modo p̄s byteros uocat modo seniores.

Pertransibāt phœnicē.) Phœnicen legēdū est per nā φοίνικη hoc est Phœnicē phœnicē, nō a phœnix . Et qui nouit corda .) Rursus est dīctio composita καρδιογνώσκει, i. cordis cognitor. Fide purificans.) καρδιποτίων præteriti tps. i. cū fide purificauerit corda eos. Agit enim de ijs qui iam crediderant. Simon narrauit, quēadmodū.) σιμεὼν. i. Symeon, haud scio utrū errore perperā scriptū, an quod nihil intersit inter Simonem & Symeonē, nisi qđ Symeon hebraice dicitur, græce inflexa uoce Simō, ut a Saul Saulus.

Et dirupta eius.) κατεσκαμένα. i. diruta, atq; ita legitur & in latinis emēdationibus. Cæ terū testimoniu quod adducit est Amos cap. nono. Quāq; Iacobus ita adducit sensum uaticinij, ut nec septuaginta sit usus uerbis, nec ad hebraicę lectionē p̄ oia responderit. Siqdē hebraea sic habet בְּיֹם חַחָה אֲקִים וְגַרְתֵּה אֶת־פְּרִצְחָן בְּיֹם חַחָה אֲקִים וְגַרְתֵּה בְּרִמְיוֹן עֹלָם וְבְלַתְנִים אֲשֶׁר נִקְרָא וְחַרְשָׁחוּ אֲקִים זְבָנָתָה בְּרִמְיוֹן שְׂמִינִי עַלְמָם נָאָם וְהַזְּהֻעָה עַלְמָה זָהָה. Ea sic transtulit Hiero. In die illa sulcitabo tabernacu lum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas muros eius, & ea quæ corruerāt in staurabo, & reædificabo illud sicut in dīebus antiquis, ut possideat reliquias Idumeæ, & oēs nationes, eo q̄ inuocatū sit nomen meū super eos, dicit dñs faciēs hæc. Porro iuxta æditionē septuaginta legimus ad hunc modū, In die illo suscitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerāt, & quæ suffossa sunt suscitabo, & instaura bo ea, sicut dies antiquos, ut querant me reliqui hoīm, & oēs gentes sup quas inuocatū est nomen meū, dicit dñs faciens hæc oia. Primū p̄ in die illo posuit, & post hæc. Cæterę in hoc, ut querant me reliqui hoīm, septuaginta secutus est nō hebraicę libros. Deniq; quod nos suffossa citauimus, in uulgatis exemplaribus est suffusa, sed mendose. Rñdet em illi græco κατεσκαμένα κατεσκόστερη, quod est suffossione demoliri.

Notū a seculo) græce est γνωστα numero multitudinis, i. nota sunt deo opera sua, & ad dītur πάντα. i. oia. Ego iudico.) ἔγω κρίνω, accōmodatius erat, ego censeo. Deinde non inquietari, quod græcis est μὴ παρενοχλεῖμ. rectius uertisit, nō obturbandū esse, siue nō addendā molestia. Id em̄ sonat παρὰ πρόpositio. A tpsibus antiquis.) ἐκ γενεῶν. i. a generationibus antiquis, si uoluisset ad uerbū reddere. Iam admonuim⁹ aliquoties γενεῶν p̄ atate ponī. Viros primos in fratribus.) ἄνθραξ ἡγουμένοις. i. p̄cedentes siue p̄eminentes, hoc est primarios, magis q̄ primos. Antiochiae, & Syriæ, & Ciliciæ) κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν κοινογιαν καὶ κιλικιαν. Opinor hic Antiochiā regione esse nō ciuitatē, unde addenda erat p̄ positio, qui sunt in Antiochia & Syria & Cilicia. Interps neq; græca reddidit bona fide, neq; latinitatis habuit rationē. Collectis in unū.) γενουμένοις διαιθρυμαδού. i. consentientibus, siue cōmuni consensu animoꝝ. Ab immolatis simulacris.) τῶν ἐνθωλοθεωρ. i. ab ijs quæ imolantur simulacris. Verbo plurimo) διὰ λόγου πολλοῦ. i. sermōe multo. Quid aut̄ est uerbo plurimo? aut̄ quid attinebat positiuū nomen uertere in superlatiuū?

Consolati sunt fratres & confirmauerunt) Καὶ πειραγέσαμ, hoc est addiderunt confirmationem, iam confirmatis ipsa epistola, ea uis est præpositionis ἐπι.

Ad eos qui miserant illos.) πρὸς Ἰουὴν ἀποστόλῳ. i. ad apostolos. Apparet interpretēm legisse τρόπος Ἰουὴν ἀποστόλῳ. Manere ibi.) ἐπιμένει, δινοῖ. i. permanere ibidem. Cæterū post hæc uerba, quod sequitur in nostris exemplaribus, ludas aut̄ solus abiit Hierusalē, apud Græcos nō repio, imo ne hæc ipsa qđē. Vīstū est aut̄ Sylæ manere ibi, nō reperi nisi in uno dumtaxat codice, eaꝝ adiecta in margine, uerum id librariorum errore factū uideri potest. Barnabas autem uolebat.) οὐδὲ λατεσσα, id est consulebat siue cogitatbat. Interpres legisse uidetur ἐβούλετο.

Paulus

Paulus aut̄ rogabat.) Vide interps mitigare uoluisse dissidij suspicionē, nō grāce est
i& i. cēsebat aut̄ æquū iudicabat. Nec est simpliciter discessisset, scd τὸν ἀποστόλον, i. qui
desciuisset, siue defecisset, p̄ticipiū eius uerbi, unde dicit̄ ἀποστόλος, desertor siue defector

Facta est aut̄ inter eos dissensio.) Rursum studuit mitigare grācam uocem, quæ est
παροξυσμός, quæ plus significat ḥ dissensionem a παροξύνω irrito, prouoco, exacerbo. Si
gnificat igit̄ illos usq; ad cōmotionē hac in re dissensisse, & adeo ut diuelleret. Origenes
ingenue fatetur in optimos quoq; uiros, huiusmodi incidere dissidia, dum in suo quisq;
sensu abundat, quæ tamen nō procedant eo, ut christiana scindatur charitas. Porro stul-
tum est, consentientibus exemplarib; grācis ad eum modū mederi uelle in cōmodo.
Nos uertimus. Tam acris autem fuit inter eos disceptatio.

EX CAPITE XVI.

Filius mulieris uidae fidelis) Apud Grācos ita legimus οὐοστοῦντος, i. si
lius mulieris cuiusdam Iudæa fidelis. Et ad hanc lectionem respondet id quod
sequitur, patre uero gentili, nam gentilem patrem opponit Iudæa matri. Et scri-
ptor parū attentus ex Iudæa uida fecit transpositis literis aliquot. Nec rursum
est gentilis hic ιδνικός sed Ἑλλην. i. grācus, quā uocem uarie uertit interpres, nunc grācū,
nunc gentilem. Dogmata, quæ erant decreta, κεκριμένα, i. iudicata, recte uertit in de-
creta. Ceterum dogmata grāca uox est significans & ipsa decreta siue placita, non do-
ctrinam ut uulgaris existimat. Interpres alias decretū uertit δόγμα, alias edictum.

Recto cursu uenimus) unū uerbū grācū trib⁹ latiniſtis est circulocutus ἐνδυσθρονίσαμεν,
id est recto cursu contendimus. Cursus enim & nauigantiū proprie dicitur.

Neapolin.) non est ea, quam nunc in italia occupat, Hispani, sed altera Cariæ in Asia,
Ciuitas Colonia.) κολώνια, usurpauit Lucas uocē latinā, tum ut appareat & grecis usur-
patam. Addidit enim, Coloniam, quod ea ciuitas ab aliunde deductis habitaretur.

Foras portam) ἔξω τῆς πόλεως, i. e ciuitate, siue omisla p̄positione, egressi sumus ciuitati-
tem, Quod sermonis schema est, foras portā? Vbi uidebaꝝ oratio esse.) ἐν ενομέστοι, i.
ubi putabatur futura oratio. Aut certe quod ego malim, ubi solebat esse oratio, quando
quidem νόμος nonnunq; & consuetudinem sonat. & νομίζεσθαι solitum esse.

Lydia purpuraria) πορφυρόπωλη, i. purpurarum uenditrix, a nomine πορφύρα purpura
& πωλη̄ uendere, nam purpurā magis uidentur dici qui colligunt purpuras, hoc est urinatores, aut qui tingunt. Purpuræ uenditricem interpretatur Hiero. in dictiōe Thyatira;
quæ dictiō multitudinis numero effertur genere neutro, ciuitas est Lydia in Asia, unde
quod dictū est Lydia nō uidebaꝝ esse nomē puellæ, sed regionis, nisi additū fuisset noīe
Lydia. Et coegit nos) καὶ παρεβίσατο ἡμάς, magis est adegit nos ḥ coegit.

Puellā quandam) παιδίσκη, i. ancillam quandam, quod mox fiat mentio dominorum,
ut intelligamus conditionē explicatā non ætatem mulieris.

Habentem spiritum phytōnem) πύθωνος legunt grāci hoc est pythonis, id erat nomē
draconis, quē, iaculis suis confecit Apollo, unde & ipse pythius dictus. Deinde spiritus
ille quo afflati pdicebant futura, pytho uocari coepus est.

Tædio aut̄ affectus Paulus) διαπονήσει, quo alias uertit moleste ferre διαπονούμενος.
Magistratis) τοῖς σρατηγοῖς, quod magis sonat primores exercitus. Opinor autē hic
σρατηγοῦ dici magistratus templi. Sic enim illos uocat alibi.

Morem, quem non licet) ἔθν. i. mores, sed recte mutauit numerū, quod mores aliud
quiddā sonet ḥ more. Dicere poterat alias consuetudines, siue alia instituta, ut interim
ne dicā quod suo more ἱμάτιο uertit tunicas. Strinxit ligno) κασταλίσατο uerbū est co-
gnatum aduerbio ἀσφαλῶς, quod modo uertit diligenter alias caute, significat autē tuto
& sine periculo. Adorabant, laudabant deum) προσυχόμενοι ὑμνοῦ, Cur non potius
orantes ḥ adorantes, & laudabant est ὑμνοῦ, i. caneabant & hymnis laudabant.

Introgessus est) ὑστεράδησε, i. insilijs siue introsilijs, aut irruit siue irrupit, ut impetum
ac celeritatem ingredientis exprimas, quemadmodum grāca uox facit.

Cum omni

ANNOTATIONES

Procedit Paulus & Sylas ad pedes.) Ad pedes interpres addidit de suo, græce tantum est προστέθε τῷ παύλῳ. Verum recte addidit interpres uitans amphibologiam.

Cū omni domo sua,) πανοικί græcum aduerbiū tribus circulotutus est dictionibus. Est autē cōmodius ut πανοικί referatur ad participiū p̄xime sequens πεπιστευώ. Nec est simpliciter locutus est, sed ἵγανται. i. exultauit. Sic enim fere solitus est uertere.

Miserūt magistratus lictores) φασδούχους, a uirgis gestandis, Nos uiatores uertimus, quod his quoq; mos sit gestare uirgas, nā ij proprie dicuntur per quos magistratus denunciant quid uelint. Ipsi nos eiſciant paulo ante occulē nos eiſciūt, erat ἐκβάλουσι hic diuersum est uerbum ἔργων οὐτοῖς. i. educant. Nā illud conueniebat clam extrudēdis, hoc conuenit palam educendis, non sine satisfactione.

Introierunt ad Lydiam.) Incertū an ad Lydiam mulierem paulo ante conuersam, an in regionem. Verum prior sensus mihi probatur. Ceterum Amphiopolis, & Apollonia ciuitates sunt Macedoniae, quemadmodum & Thessalonica.

EX CAPITE XVII.

Secundum consuetudinē autem.) Gracus sermo expressius dicit καὶ τὸν παύλῳ. i. Paulus ut erat illi mos, siue ut solitus erat, siue p̄ sua consuetudine ingressus est. Et insinuans.) καὶ παρατίθεμαι, hoc est citans siue allegās, nec est de scripturis, sed κτὸς ἡ γραφῶμε. i. e scripturis, hinc enim adducebat testimonia. Quē ego annuncio uobis.) cum subito mutata sit persona, cur non & hic addidit inquit ut in initio huius operis fecit, quem audistis inquit per os meum.

Et de coentibus gentilibusq.) ἦν δὲ σεβολίνωρ ἐλλήνωρ πληθος πολι. i. religiosorūq; græcorum multitudo magna. Quis intellexisset, colētes significare pios ac religiosos? lá nō semel admonui græcum in literis apostolorū aliquoties pro gente, aliquoties pro ethni co ponit. Zelantes autem Iudei.) Græci nonnihil hic addunt uerborum γλώσσαντες, διδασκοῦσι, ioudaiοι καὶ προσλαβόμοντο, id est zelo autem cōmoti, i. qui non credebant Iudei, & assumptis nonnullis circūtoraneis, nam græce est ἀγοραῖμ, quod interpres uerit de uulgo. Quanq; hoc in loco nonnihil uariabant græcorum exemplaria.

Et assistentes domui.) Quid audio? Num defensabant domum Iasonis? Est autem πιστάντες, id est adorti, siue urgentes & imminentes.

Et quosdam fratres.) Quoties fratres absolute ponit, christianos intelligit, quos eosdē aliquando discipulos uocat. Hi qui urbē concitant.) orbem haud dubie legendum, πλεύσικον μέλικη, quod frequenter uerit orbem terrarū, nec est cōcitant, sed αναστάντες, id est cōmouerunt, hoc est qui rerum statū conturbarunt, id quod fieri consuenit rebus nouatis. Sensus est, quod ubiq; fecerunt, hic quoq; facturi adsunt.

Quos suscepit Iason.) ὑπὸ θεοτατοι. i. clanculū siue furtim, ob præpositionem ὑπό.

Cōtra decreta Cæsaris.) ἦν δογματωρ, qd' paulo ante ut erat græce extulit dogmata. Dimiserūt Paulū & Sylā.) ξέπεμψαν, τόπο τε παύλορ, τόντε σίλευ. i. emiserūt, tum Paulū tum Sylā. Ac mox, Beroëa legendū, non Beroëa, neq; Beroëa. Est autē ciuitas Macedoniae.

Qui cū uenissent in synagogā Iudeorū introierunt.) Alius est ordo sermonis apud græcos οἰτινες παραγενόμενοι εἰς, τὴν συναγωγὴν ἀπέτεσσαν ἦν ιουδαιωμ. i. qui postea ἤ aduenerat in synagogā abierunt Iudeorū, ut prius referatur ad ciuitatem, Proximū ad cōciliabulū, deinde nobiliores, recte uertisset i nobilissimos, tametsi uideo Catullū, & Pliniū more græcorū abusos cōparatiuo uice suplatiuī ἐγνωσέσσου. i. summo loco natos inter eos qui erant Thessalonicae. Cum omni auditate.) προθυμίας. i. animi promptitudine, siue libenter, aut propensis animis. Ac mox, si hac ita se haberent εἰ uertendum erat in an.

Mulierum gentilium.) ἀλκνίδωμ. i. græcarum, & mox honestarū est, εὐχημόρωμ quod, ut diximus ad habitus cultus & incellū honestatem pertinet.

In Thessalonica Iudei.) ἀπὸ θεοτατοι καὶ ιουδαιοι. i. Thessalonenses Iudei.

Commouentes & turbantes.) σαλεύοντες τοὺς ὄχλοντ, id est commouentes turbas. Turbantes non offendit in Græcis exemplaribus, praterq; in uno codice græco, idq; ad scriptum

id est ad scriptum in margine, σαλεύοντες καὶ ταράσσοντες Ἰησοῦς οὐχιον.

Vt iret usq; ad mare) ὡς ἐπὶ πλω̄ δάλασσω̄, id est uelut ad mare. Interpres legisse uidetur ὡς ἐπὶ πλω̄ δάλασσω̄. Accepto mandato ab eo.) Ab eo addidit interpres, quo sensus esset explanatioν Κλαδόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν στόλον, i.e. cū accepissent mandatū ad Sylā.

Vt q̄ celeriter.) Vsc̄ adeo ne placet barbare loqui, ut hac gratia putemus esse rece-

dendum a uerbis græcis, ne latine loquamur. Siquidē græce est ὡς τάχιστα, i.e. celerrime.

Incitabatur spiritus eius.) παρεργάτης, i.e. irritabatur, idem est uerbum, unde deductū est nomen παρεργάτης, quod paulo ante transtulit dissensionem. Hoc sane loco melius reddidit. In ipso uidens) græcis est θεωροῦντι, i.e. uidente siue cum uideret, Paulus enim uidebat, Deinde uidenti comotus est animus. Interpres aut legit, aut certe somniauit; θεωροῦν pro θεωροῦντι. Idolatriæ deditum.) Non male circumlocutus est κατεῖθωλος, quasi dicas obnoxiam simulacris, quod p̄positio κατὰ subiectionē sonet.

Et coletibus.) τοῖς σεβομένοις, i.e. religiosis, & diuino cultui deditis.

Ad eos qui audierant.) πρὸς τοὺς παρατυχάνοντας, i.e. ad eos qui forte accedebant. Parlam est aut hoc nō interpt̄is esse uitium, sed librarij, qui ex aderant fecerit audierant.

Disserebant cum eo.) συνέβαλον αὐτῷ, i.e. congregabantur siue committebant cum eo, idem uerbum quo significant conserere manus in bello.

Seminiuerbis.) διερμολόγος. Interpres effinxit græcanicam compositionem, mirū autem, cur id magis libuerit in hac una dictione, q̄ in alijs multis. Sed quid tandem si-
gnificat latinis seminiuerbus? Fortasse felicius effinxisset, si dixisset uerbifator, pro eo qui nouos rumores spargit in uulgs.

Nouorum dæmoniorum.) ζένων δαιμονίων, i.e. peregrinorum deorum, maxime cum hæc dicant ethnici, qui dæmonia deos uocant. Porro ζένων, ut sonat peregrinum, ita nouum & inauditum, nonnunq; absurdum.

Ad Areopagum) ἐπὶ τῷ ἄρειον πάσοι, i.e. ad Martium pagum. Sunt enim græcis duæ uo-
ces. Est autē locus aeditus ut uertex collis seu scopuli. Miror aut, cur Hieronymus hoc loco pagum interpretetur uillam, ego uicum maluisse, quandoquidem constat Martium uicum fuisse Athenis. Noua enī quædam.) ζενζοντα γάρ τινα participium uerbi deductum ab eo nomine quod modo uertit nouorum ζένων.

Et aduenae hospites.) Καὶ επιδημοῦντες ζένοι, i.e. & qui illuc uersabantur hospites, siue pere-
grini. Ad nihil aliud uocabant. Εὐκαίρους, hoc bene reddidit, uelut ad cætera occupati Verum illud, aut dicere, aut audire Laurentianis auribus nimis græce transtulit, rectius dicturus, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui, quod tamē ipsum est κανόνισμον, ut extenuet etiam, quasi ad quæcumq; noua audienda fuisse illis ocium.

Superstitiosos uos uideo.) Sermo græcus paulo ciuilior est ὡς διερμονεσέρουσι, i.e. fere superstitiones. Mitigauit enim odium dicti, primum aduerbio ὡς, deinde compara-
tivo. Hoc enim erat fieri omnia omnibus, ut omnes lucrificaret.

Et uidens simulacra uestra.) ἀναθεωρῶν, id est consyderans & inspectans, uelut si qui rem diu non uisam inspiciunt. Nec simulacra hoc loco est θεῶν, quod uerbum erat odiosiss, sed οἰθόματα, quod uerbum complectitur omnia quæ ueneramus, nempe aras, delubra, statuas, monumenta, a uerbo σέβομαι, quod proprie ad religionem perti-
net. Hieronymus citans hunc locum in cōmentarij, in epistolam ad Titum διαδεωρῶν uerit contemplans & οἰθόματα culturas.

Ignoto deo.) Et hic Hieronymus indicat Paulū pia quadam usum uafricie, q̄ nonni-
hil mutauit in titulo, non pauca omisit, quo cōmodius detorqueret ad exordium prædi-
candi Christum. Titulus enim sic habebat autore, quem modo citauit Hieronymo,
Dijs Asiae, & Europæ, & Africæ, dijs ignotis & peregrinis. Ex dijs ignotis deum fecit
ignotum, & mentionem cæterorum omisit.

Quod ergo ignorantes. οὐδὲ μαγνοῦντες ξυστεῖτε, τὸντον ἡγώ καταγγέλλω, i.e. quē igitur
ignorantes

Seminiuerbis,

Verbifator,

ANNOTATIONES

ignorantes colitis, hunc ego annuncio. Loquitur enim deo ignoto.

Vitam & inspirationem.) ζωὴν καὶ πνοὴν, i. uitam & halitum uelut exponens quid sit uita animantis. Fecitq; ex uno omne hominū genus) Græci legunt εἰς ἐνὸς ἀματόρ. i. ex uno sanguine. Verū haud scio an perperā a librarijs mutata scripture. Deinde quod subiicitur. Inhabitare super faciem infinitū mutandū erat in gerundium, ad inhabitandū super faciem terræ. Alioqui sensus erit deū effecisse, ut omne genus hominū habitaret in terra. Imo condidit omnes, & in hoc condidit, ut agerent in terris.

Definiens statuta tēpora.) δρίσαις ἀροτεταγμένοις καὶ ποὺς. i. cū ante definisset stata tpa.

Et terminos habitationis) ηγῆ τὰς ἀροτεταγμένας τὰς κατοικίας ἀντίθ. i. præfixis terminis habitationis eorum, nam ἀροτεταγμένα est designatio terminorum.

Si forte attractent eū) ὑπλαφίσειη. i. palpantur, quod est cæcorū manu uestigantium.

Quidam uestrorum poetarum) οὐδὲ καθημάς ποικιλῶ. i. uestratiū poetarum.

Huius enim & genus sumus.) hemistichiū est heroicū ex Phænomenis Arati. Ac mīre, quod dixit de luce hic torquet ad uerum deum. Horum aliquot locorum patrocinio solet uti diuus Hieronymus, aduersus eos qui calumniabantur, quod sacras literas ethnicoꝝ sordibus contaminaret. Verū Paulus id uno aut altero fecit loco, idq; pene co gente occasione p̄dicandi euangelij. Quid hæc ad istos, qui coacte & affectate nō solū poetaꝝ & oratoꝝ, sed omniū sophistarū, philosophoꝝ, mathematicorum, deniq; & magorū literas inuehūt in doctrinā Christi, quā simplicissimā ac purissimā oportebat esse.

Non debemus existimare.) νομίζειη. i. existimare siue putare.

Deinde aut lapidi sculptura artis) sculptura datiuus est, & apposituē refert ad quod, libet illorū trium lapidi, argento, auro. Nos igitur quo planior esset sensus ita uertimus, Non debemus existimare auro aut argento, aut lapidi arte sculpto, & inuenio hominis numen esse simile. Despiciens deus) ὑπερειδεῖη, interpres intellectus ex alto uidens, id enim dixit despiciens. At ὑπερειδεῖη est uelut dissimulare, & cum uideas perinde te gerere quasi non uideas. Et temporis ratio erat interpreti seruanda in ὑπερειδεῖη, hoc est dissimulatis tēporib; ignorantia. Tū enim silebat, nunc omnibus denunciat, nō dissimulatur amplius. Lyranus interpretas despiciens nempe deos, quod nolle eos amplius durare, quid senserit ipse uiderit.

In eo uiro in quo statuerat) ἐπ ἀνδρὶ τῷ ωρι. i. in uiro quem definierat siue statuerat. Græcis enim postpositiuus articulus sæpenumero congruit cum eo nomine quod antecessit non respondens sequenti uerbo.

Fidem præbens omnibus.) Duo sunt participia præteriti temporis, quoꝝ neutrū ut par erat uertit. Sensus aut̄ est deum iam fidem exhibuisse cūctis, Christum esse in quo statuerat innouare mundū, quod illum excitaslet a mortuis, hoc unū nulli contigit mortalium, nec Mosi, nec prophetæ.

In quibus & Dionysius.) ἐπ διο. Laurentius hoc loco refellit eoꝝ opinionē, qui putant hunc Areopagitā fuisse autorem eoꝝ libroru, quos habemus de hierarchijs ac diuinis noībus, & eundē esse, qui apud lutetiam Parisiorū martyrio fuerit laureatus, e tribus, nī fallor Dionysij unū reddentes, Primi Areopagitæ iudices erant nō philosophi. At isti Dionysium summū faciunt philosophū, qui ex eclipsis solis dephenderit periclitari terū naturam, cū consentaneū non sit eas tenebras Athenas usq; peruenisse. Nam quod ait Euangelista tenebras factas super uniuersam terram, eius regiōis terrā intellexit, assente & diuo Hieronymo. Quæ si tanto spatio cōtigissēt per uniuersum orbem, aliquis certe seu latinus seu græcus scriptor eius rei meminisset. Iam epistolā super hac re, uelut Dionysij nomine confictam deridet Laurentius, Mihi non uidetur prīcīs illis temporib; tantum fuisse christianis cærimoniarum quantum ille describit. Deinde mirum si tam prīcīs autor fuit, & tam multa scripsit, a nemine ueterum, seu græcorum, seu latīnorū fuisse citatū, ne ab Hieronymo qdē, qui nihil int̄ētātū reliquit. Quin & Gregoriū ipie uit

Ipse vir probæ fidei, citas huius literas, nō indicat eū fuisse Dionysium Areopagitam Hiero, in Catalogo scriptorū illustris unū aut alterū Dionysium recenset, huius libros nō recēset Laurentius indicat fuisse suae atatis doctissimos viros, qui iudicarint eos libros esse Apollinarij. Verum haec ceu ῥάρηγα paucis indicasse sat erat.

EX CAPITE DECIMO OCTAVO.

EGressus ab Athenis.) χωρὶς θεῖον, id est digressus Athenis.

Ponticum genere.) Pontus em Asia pars est, non enim a mari hic dictus est ponticus. Hunc salutat in suis epistolis Paulus.

Eiusdem erat artis.) ὁμότεχνοι dicuntur graci eiusdem artificij, siue opificij uel lut pictori pictor ὁμότεχνος est. Scenofactorie artis.) καὶ σὺ γένου ποιοὶ τὸν τέχνην, id est erant autē aulaeorum texendorum artifices.

Instabat uerbo Paulus testificans.) Graci longe secus legunt quod nos συνέχετο τῷ πνεύματι παῦλος διαμαρτυρούμενος, id est coartabatur spiritu, Paulus testificans Iudeis, ut intelligas illū inuitū & animo reluctantante id fecisse ceu præsentiret, se lusurum operam.

Titi iusti.) Titi non reperio in graciis codicibus, sed tantum iusti, uerum opinor incūria librariorum prætermissum, quandoquidem Hieronymus huius meminit Titii in non minibus scripturæ sacrae, quod illi de iusti cognomine nulla mentio:

Propter quod ego tecum.) διότι propterea quod ego tecum sum.

Etnemo apponetur tibi.) ἐπιβάσται σοι, id est nullus adorietur, siue inuadet te, quādo quidem id quoq; significat ἐπιτίθεσθαι. Nec est ut noceat te, sed τοῦ κακῶσι στι, id est ut affligat te, siue ad affligendum te.

Quoniam populus est mihi multus.) διότι, cur non & hic transtulit propter quod, ut modo fecit. Proconsule Achaiæ.) ἀνθυπατεύοντος τὴν Ἀχαίαν, id est, cum ageret procōfūsulem Achaiæ. Persuadet hominibus.) ἀναπτίθει suadet potius quod persuadet, atq; adeo resuadet, si sic liceat loqui, quod Paulus a ueteri cultu deorum reuocaret.

Incipiente autem paulo.) μελλοντῷ δὲ τοῦ παύλου ἀνοίγειν τὸ σόμα. Cum autem apertus eslet os, quod tamen aliquoties data opera sic uertit interpres, nec id sane perperam:

Iniquitas aut facinus.) ἀδίκημα, quod magis sonat iniuriam illatam aut maleficium. Deinde quod hic uertit facinus ἔαδιον γῆμα, cur nō huic cognatam uocem ἔαδιον γῆμα superius transtulit fallaciam? Nec est pessimum, sed malum, πονηρόν, nec est recte uos sustinet, sed πατὰ λόγον, hoc est, probabiliter siue merito.

De uerbo & nominibus legis uestra.) deest apud nos una coniunctio, ut ἀπὸ λόγου, ἡ ὄντως καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, id est de uerbis, & nominibus & lege uestrate, uerba opposuit factis. Deinde quæstiones de cōmuni, & non cōmuni, deq; genealogijs uocat nōmina, cærimonias Mosaicas uocat legem. Et uideritis, futuri temporis est, ὅτε, quemadmodum in euangelio. Et minauit eos.) ἀπήλασε, cur non potius abegit, siue depuit. Nam minare sane quod insolens uerbum est latinis auribus.

Fratribus ualefaciens.) ἀποτοξέμενος, id est dimissis fratribus, siue uale dictio fratribus, nec est nauigauit, sed ἐξέπλει, id est, abnauigauit.

Qui sibi totonderat caput.) Ex ipso sermone græco, nō liquet uter sibi raserit caput. Paulus an Aquila. Ad hæc participiū est præteriti temporis κήρυξ μενος τὸν κεφαλήν, id est raso capite, prius enim tonsus est in portu, deinde nauigauit. Et Cenchreis legendū est nomine trifyllabo Cenchreæ, sicut Athenæ, portus est Corinthiorū.

Iterum reuertar ad uos.) In graciis exéplaribus plus est, quod in nostris δεῖμε πάντως τὸν ἱερὸν τὸν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς ἱεροσόλυμα, πάλιν δὲ ανακάμψω πρὸς ὑμᾶς, id est, Oportet me omnino festum quod instat agere Hierosolymis, sed denuo reflectam ad uos.

Profectus est ab Epheso.) καὶ ἀνήχθη, quod ego maluissim, soluit Epheso.

Apollo nomine.) ἀπολλώς, id est apollos, cuius genitus Apollo, non apollinis. Meminit huius Paulus in epistolis.

Hicerat edoctus.) παῖς Χριστέος participiū ab eo uerbo. Vnde dicti sūt Catechumini. Nō igitur erat edoctus uiam domini, quam mox dicit a Priscilla & Aquila, uerum erat utcūq; initiatuſ baptismo Ioannis.

Contulit multū his q; crediderant.) Hic Græci codices addunt διὰ τὴν χερῆσ id est per gratiam. Hoc adiectū est, ut intelligeremus muneris esse diuini, quod conduceret Christianis. Et uehemēter est, εὐτόνως acriter. Et publice, incertū utro sit referēdum, op̄i nor ad superiora. Nā id erat gratiæ, quod publicitus etiam ausus sit refellere iudæos.

Esse Christum Iesum.) Ἰνων ὁ μὲν Χριστὸς οὐκοῦν. Non negabant Iudei Iesum esse, uerū ne-gabant illum esse Messiam, quem expectabant. Vnde Christo præposuit articulum ὁ μὲν Χριστὸς, id est, illū Christū, siue, negans quod Iesus esset Christus, siue Iesum esse Christū.

EX CAPITE DECIMO NONO.

Si spiritum sanctum,) εἰ suo more uerit pro si cū uertendum fuerit per nū, aut an aut ne. Num spiritum sanctum accepistis. Aut, accepistis ne spiritū sanctū. Et mox (si spiritus sanctus est) pro eo quod, erat sit ne spiritus sanctus.

In schola tyranni cuiusdā.) Ambigunt hic interpres, tyrannus hoc loco pri-matē ac potentem significet, an proprium sit hominis uocabulum. Sed quid schola cū tyranno? Deinde si nomen est proprium, cur addidit τὸν δέ, proinde suspicor fuisse seces-sum magnatis alicuius, in quo solitus sit ociari, quādōgē schola Græcis sonat oīum.

Iudei atq; gentiles.) ιουδαίοις τε καὶ ελλήνοις, id est, tum Iudei, tum Græci, quos hic gen-tiles uerit. Virtutesq; non modicas quaslibet.) Ita scriptum reperi, in nonnullis ex-emplaribus latinorum, uerum ipsa res satis indicat id accidisse culpa librariorum, qui dictionem modicas, quam quispiam interpretamenti uice adiecerat retulerunt in con-textum, uelut a scriptore pratermissam δυνάμεις τε δύο τὰς τυχούσας, id est uirtutesq; non quaslibet, siue non uulgares, ad uerbum, contingentes.

Sudaria & semicinctia.) Τράχη uocem latinam usurpauit σουδάρια ή σκυπινθια.

Dæmonium pessimum.) ὁ πνεῦμα πονηρόν, id est spiritus malus. Cæterum in eo quod proxime sequitur, & dominatus, quidam Græci codices habebant, κυριεῦσαν, ut referen-dum sit ad dæmonium dominatum, quidam κυριεύσας, id est dominatus, ut pertineat ad hominem, in quo erat dæmonium.

Confitentes & annunciantes actus suos.) Vel hinc colligi potest fuisse & antiquitus nonnullam confessionem malæ actæ uitæ, sed apertam ut opinor, & in genere, quā nec ipsam legimus exactam abs quoq;. Et actus, τὰς πράξεις, facta, siue quæ fecissent.

Qui fuerant curiosa sectati.) τὰ πάρεγγα πραξέντων id est, qui curiosas artes excercuissent, sic enim uocat artes magicas.

Pecuniam denariorum quinq; milium.) ἀργυρίου μυριάδες πέντε, id est, quinquagies mille nummum.

Turbatio non minima.) τάραχθεὶς διάγραθε, id est, turbatio non exigua. Ac paulo post, non modicum quæstum ἐργασίας διέποιη, id est quæstum non exiguum.

De uia domini.) περι τὴν δόνην, id est de uia, siue de hac uia. Nam articulus facit, ut certam accipiamus uiam. Porro domini addiderunt, quo res esset explicatior.

Demetrius quidam nomine argentarius.) Argentarius alias latini & mensarium si-gnificat, & nummularium, uerum hoc loco sonat opificem & sculptorem argenti, quē nos aurifice seu aurifabrum uocamus. Est em̄ ἀργυροκόπος, ab incidente argento dictus.

Aedes argenteas.) ναοὺς id est templā. Sentit em̄ aedicularas, seu thecas effigie templi, in quibus reponebant statuæ, nos uertimus delubra.

De hoc artificio est nobis acquisitionis.) ἐν ταύτῃ τῆς ἐργασίας ή εὐπορία ή μῶρεῖη, quod mo-do uerit quæstum, nunc uerit artificium, & εὐπορία acquisitionem. Ex hoc quæstu no-bis suppeditat rerum copia:

Non solum autem hæc periclitabitur.) κινδυνεύειαι, id est, periclitatur. Quāq; totus hic sermo

sermo parum commode redditus est ab interprete latino ου μόνον δε τοῦτο κινδυνεύει ἐμῆμ
φέρει εἰς ἀπελεγμόν ἐλθεῖμ, αλλὰ τὸ θέμα μεγάλης δεᾶς ἀρτέμιδος οὐδὲ λογισθῆναι,
μέλλει δε καὶ καθαρίσαι τὴν μεγάλειότητα αὐτῆς, id est, non solum autem hæc pars nobis pe-
rīclitatur, ne reprobetur, siue ne reprobemur, uerū etiam ne magnæ Dianaë templum,
pro nihilo habeatur. Porro autem ne futurū sit, ut maiestas quoq; destruatur eius, quā
tota Asia & orbis colit.

Comitibus pauli.) συνεκδήμους, id est socios peregrinationis, qui & comites dicuntur.

Erat enim ecclesia confusa.) Cum de promiscua multitudine loquatur, magis conu-
niebat concionem dicere ἢ ecclesiam.

Detraxerunt Alexandrum.) προεβίβασσα, id est prius instruxerunt. Nam id est προεβί-
βασσει. Et instruimus patronum, causam nostram acturum.

Manu silentio postulato.) Mira uarietate ludit, in hoc sermone reddendo interpres,
καταστίσας τὴν χεῖρα, id est mota manu. Ita persius. Et calidæ fecisse silentia turbæ. Maie
state manus.

Et cum sedasset scriba turbas.) κατασείλας ἡ δραμματεὺς τῷ σχλῷ, ubi uero scriba com-
pescisset turbam, uerum ex uerbis Græcis parum liquet, ut sedata turba sit locutus
Alexander an scriba.

Cultricem esse magnæ Dianaæ.) Uſus est peculiari uerbo νεωκώρον, quæ uox compo-
sta est ex περὶ templum & κόρη uirgo, quod nomen tribuunt Diana & proserpina Ephesiorum igitur ciuitatem νεωκώρον uocat, quod illic esset templum illud toto orbe notissi-
mum. Iouisq; prolis.) Græca longe fecus habent, τῆς μεγάλης ἀρτέμιδος ηγέτη τοῦ διοπ-
τεοῦ, id est magnæ illius Diana & e cœlo delapsi, ut subaudias signi, aut simulacri. Si
quidem articulus τοῦ facit, ne possit διοπτεοῦ ad Dianam referri, sed ad agalma, hoc est
statuam Dianaæ. Nam Diopetes Græcis dicitur quod ab Ioue delapsum sit, ac e cœlo ue-
nerit. Porro opifices simulacrorū, quo maior esset superstitione uulgi, fingeant ea cœlitus
delapsa, hoc est esse διοπτεοῦ. Idem uulgo creditum fuit de simulacro Dianaæ Ephesiæ, ut
testis est, & suidas in dictione διοπτεοῦ. Sensus igitur est, apud Ephesios templum fuisse
Diana, & huius simulacri, quod cœlo delapsum putabatur, quod ipsum Numa persua-
sit Romanis de ancylibus.

Conuentus forenses.) Conuentus addidit explicandæ rei causa, cum græce tantum
sit διογοτοι διγωνται, id est forenses aguntur, ut subaudiendum sit, cognitiones, aut lites.

In legitima ecclesia poterit absolui.) Cū de prophano promiscuoq; hominum catu-
loquatur, concio dicenda erat, potius ἢ ecclesia. Atq; ita mox, dimisit ecclesiam pro co-
cionem. Deinde legitima est, εμνόμω, hoc est quæ non tumultu, sed legitimo more sit in-
dicta. Nec est poterat absolui sed absoluetur ἀπολυθήσεται.

Cū nullius obnoxius.) μηδὲν δικτιον ὑπάρχοντο, id est cū nemo sit in culpa, siue cū ne-
mo fuerit autor huius concursus. Nam illud de quo poterimus reddere rationem, per
parenthesim interiectum est. Quāq; in nonnullis exemplaribus reperio scriptum περὶ
διονύσου δυναστέα δοῦναι λόγον, id est, de quo non poterimus reddere rationē, hoc est quod
non simus defensuri. Deniq; illud μηδὲν δικτιον incertum est ad hominem referatur, ut sic
masculini generis, an ad rem, ut sit neutri.

EX CAPITE VIGESIMO.

ET exhortatus eos ualedixit.) Græca diffonat a latinis διανάλογος προσκαλεσμένος
τοὺς μαθητὰς οἱ επαστόμενοι ἔξιλαδε, id est, Paulus uocatis ad se discipulis, &
cōplexus eos exiuit. Interpres legisse προσκαλεσμένον προ προσκαλεσμένον Θ.,
atq; id sane mihi magis probatur

Comitatus est autem eum Solipater Pyrrhi Berœensis.) Pyrrhi græcis non additur,
sed ut hoc deest, ita supersunt hæc, usq; ad Asiam, quæ apud latinos nō inuenio, οὐδὲ πετο-

ANNOTATIONES

398.

Sed autem ρήχει της θεοίσα σώματρος θεοίσα, consecutus est autem illum usq; ad Asiam So pater Berœensis.

Sustinebant nos.) ἐμπλοῦ ἡμᾶς, id est, expectarunt nos, siue ut ad uerbū, manebant nos. **V**na sabbati.) σαββάτωμ, id est uno die sabbatorum.

Paulus disputabat cum ijs.) διελέγετο αὐτοῖς, id est differebat illis, siue collocutus est cum illis. Nec enim disceptabat cum eis qui uenerant, ad frangendum panem, uerum illic apud eos orationem habuit Paulus. Nam quod συνηγόμενον μαθητῶν, id est congregatis discipulis uertit cum conuenisset tolerabile est.

Profecturus in crastinum.) μέλλων ἔτενται τῇ ἐπαύγειον, id est prefecturus siue discessus postridie. Nam crastinum diem dicimus qui proxime sequitur hunc, in quo iam loquimur. Porro quoties ad præteritum aut futurum aliquem diem respicitur, non dicens dū est heri, aut cras, sed pridie, aut postridie.

Cum mergeretur sono.) καταφρόνειον, id est cum deorsum traheretur, id quod accedit ei qui sedens grauius obdormiscat. Neq; tamen hic est somno graui, sed βαδῖ, id est alto, siue profundo, interpres legisse uidetur βαζῆ.

Disputante Paulo.) Et hic malim differente, ne quis imagineat inter illos pure Christianos disputationem fuisse sophisticalm.

Ductus somno cecidit.) κατενεχθει, id est deorsum tractus, siue depresso, aut deuenitus. Cæterum illud επὶ πλεῖον, quod interpres retulit ad superiora, græcis sic est in medullio positum, ut utruis possit accommodari, ad diutius differentem Paulum, & ad magis etiam depresso somno. Ac mea sententia, ad sequentem particulam referre satius est, primum enim nutabat deorsum uergente corpore, deinde magis depresso cecidit. De tertio coenaculo.) ἀπὸ τοῦ τρισέγου, quod nos uertimus a tertia contignatione. Id em adiecit Lucas, ut intelligeremus lapsum fuisse latalem, nimirum ex loco tam alto uox dicta est a τρις ter & τέττῃ tectum, Deū immortalena quas nætias adducit insulissimus autor Catholicon, de hac uoce tristegum, O miserum illud sæculum, cum ex huiusmodi libris, uelut ex adytis petebantur oracula litterarum. Cæterum solum primæ cognitionis, tectum est infima partis ædium. Rursum secundæ solum, tectum est prima. Item tertiae solum, tectum est secunda.

Et consolati sunt non minime.) οὐ μετρίωσ, id est, non mediocriter, quod aquidem desmiror, cur interpres putarit immutandum.

Nauigauimus in Asson.) Nonnulli codices Thasson habebant pro Asson. Est enim & thassus insula Thraciæ opposita, de qua natum est proverbiū δάος οὐ γαδῶν, id est, Thassus bonorum, Cæterum cōplures sunt urbes huius nominis Assos una Lyciæ, in prærupto sita. Altera in Aeolide. Tertia in Mysia. Quarta in Lydiæ. Quinta in Epiro minore, Cleanthis patria Diuus Hieronymus hanc ponit in Asia, quæ eadem dicta sit.

Apollonia.

Ipse per terram iter facturus.) οὐτω γαρ ἦμι σιατεταγμένον μέλλων αὐτῷ πεζευει. Sic em ordinauerat, ipse pedestri itinere uetus, siue pedibus iter facturus, interpres uitasse uidetur, ne quis Paulum existimaret, non equis, aut uehiculis, sed pedibus eo uenisse. At qui hoc ipsum accedebat ad Pauli gloriam, quod mallet iter laboriosius, modo maiore cum fructu.

Et sequenti die uenimus cōtra Chiū.) Hoc loco græca dissidet ab ijs quæ nos legimus, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμερανί χρυσίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ταξιβάλομερανέσάμον, Καί μέναντες ἐπ τρωγυλλίῳ τῇ ἐχομένῃ ἥλιομερανέσμίλημ, id est postridie deuenimus contra Chiū. Altero uero die apulimus Samum & commorati Trogyllyi proximo die uenimus in Miletum. Cæterum Trogyllyum oppidum est Siciæ, tametsi sunt eiusdem nominis alia.

Tra nauigare Ephesū.) ταξιδεύοντας τὸν ἕφεσον id est, præter nauigare, siue præteruehi.

Quid

Quid enim est omnino transnauigare ciuitatem, nisi nauis feratur in nubibus.

Nequa mora illi fieret.) μη γένοιτο ἀυτῷ χρονοτριβήσαται, i.e. ne contigeret sibi terere tempus in Asia. Interpres elegantius reddidit τοῦ uerius. Neq; enim Paulus timebat quamlibet moram, sed longioremetuebat, nimirum properans Hierosolymam.

Maiores natu.) πρεσβυτέρους, quos nunc seniores uocat, nunc presbyteros graeca uoce, nunc maiores natu, cum hoc loco magis quadraret graeca uox, honorem in, dicans potius τῆς ætatem. Quandoquidem hic episcopos intelligit & primores ecclesiarum, qui nonnunquam iuuenes erant, quemadmodum Timotheus.

Cum omni humilitate.) ταπεινοφροσύνης, quae est animi modestia, nihil altum de se sentientis. O uocem dignam uere magno pontifice.

Vt nihil subtraxerim uobis.) Nunc uidetur id dicere, se nihil subtraxisse ab illis bonarū rerū, hoc est in nullo fraudasse illos, cum contra sentiat Paulus, se nihil detrectassem, neq; periculi, neq; laboris, qui modo ad illorum pertineret utilitatem. Ac paulopost idem uerbum transtulit subterfugi. Non enim subterfugi &c.

Publica & per domos.) κατ' οἴκους, id est publicitus ac domestice siue per singulas domus, quod respondere uidetur ei quod latini dicunt priuatim.

Vincula & tribulationes me manent.) μένουσι, id est uerbum quod aliquanto superius uertit sustinet.

Nihil horum uercor.) διλόγου μὲν δέ λόγος ποιοῦμαι, i.e. nihil curo, siue nihil me mouet. Quomodo non uerebatur, cum sciret uentura, sed contemnebat.

Nec facio animam meam preciosiorem τοῦ me.) Quid mouit interpretem, ut neq; sensum exprimeret, neq; uerba redderet Lucæ? διαδεκτὸς ἐχω τὴν φυχὴν μου τημάρτυμασθε, id est neq; habeo siue duco uitam meā preciosam misi ipsi Lyranus interpretatur animā intellectuam. At Paulus sentit se contēnere uitam amore euangelij.

Vt consummem cursum meum.) Gracius addit μετὰ χαρᾶς, id est cum gaudio.

Regere ecclesiam dei.) ποιμάνει, quod est pastorum more gubernare & curare gregem. Nam mox mentionem facit luporū.

Lupi rapaces.) βαρεῖε, id est graues, non rapaces.

Viri loquentes perueria.) διεσφαμμένα, id est distorta & obliqua, hoc est minime simplicia minimeque sincera. Nam ueritatis, ut ait Tragicus, simplex est oratio.

Non cessauerim monens.) Et hic participium uertendum erat in uerbum infinitum, Non cessauerim monere.

Qui potens est.) Quod erat potius τοῦ qui, cum referat uerbum. Ceterum quia uerbum Græcis est masculini generis, id nimirum fecellit interpretem. Nec est simpliciter ædificare, sed εποικοδομῆσαι id est, superstruere, uidelicet his fundamentis quae icerat Paulus.

Oportet suscipere infirmos.) αὐτοῖς λαμβάνεσθαι, quod est proprie porrecta manu retinere lapsurum alioqui, aut abiturum. Paulus, ne ullius omnino iacturam faceret, cauebat ne quam ansam præberet infirmis, & alienandis a Christo, quod nollent grauissimum. Vtinam hoc exemplo delectentur, qui dum decimas, tam non sacerdotalites exigunt a populo, sui officij prorsus obliuiscuntur, non quod negem illas deberi, sed quod ceteri apostoli oblata dumtaxat acceperint, Paulus, ne oblata quidem, cum unus plus omnibus laborarit.

Beatus est dare magis τοῦ accipere.) Neq; latinitatis ratio patiebatur comparatiuum, neq; sermo Gracius habebat. Mirum quid interpreti uenerit in mentem μακάριον τοῦ διδόντος μακάριον τοῦ λαμβάνει, id est, beatum est dare magis τοῦ accipere. Ceterum hoc testimoniū negant usq; inueniri dictum a domino.

EX CAPITE XXI

Finde pataram.) *wāt̪əpə* Graci pronunciant neutro genere numero pluratiuo. Quāq̄ utroq̄ modo reperio usurpari huiusmodi nomina Lystra & Lystrā Psyra & Psyram.

Cum apparuissemus autem Cypro.) Suspicor interpretem, ita uertisse, cum
aperuissimus autem Cyprus. Nam græce est ἀναφέναντες δὲ Την κύπρον. Porro qui nau-
gant, nunc hanc, nunc illam terram dicuntur aperire, aut celare, cū incipit in prospectu
esse, aut secus. Proinde uertimus. Cum autē cœpisset nobis apparere Cyprus. Cōsimis
li figura dixit Vergilius. Terraq; urbesq; recedunt.

Venimus Tyrum.) Ciuitas est maritima Phœnices, quondam insula, per Alexandrum magnum adiuncta continenti.

Valefecissemus inuicem.) ἀπασχέμοι δὲ πάλιν, id est complexi alius alium, siue con-
salutatione mutua facta. Apparet interpretem legisse ἀποτελέμενοι.

Per dies aliquot.) ἡμέρας πλείους, id est dies complures.

Venimus Cæsaream. Hæc est Cæsarea Palæstinæ ciuitas littoralis primum dicta tunc Stratonis. Deinde ab Herode instaurata in honorem Cæsaris Augusti Cæsarea dicta est. Est altera Cæsarea Philippi, ad radices montis Libani, in honorem Tiberij Cæsaris Cæsarea dicta. Est tertia Cappadocia, quo Paulus Epheso delat' salutavit ecclesiæ.

Nos & qui loci illius erant.) καὶ τε ἡδὲ ἐντόπιοι, id est, tum nos, tum ij qui erant illius loci. Et cum suadere ei nō possemus.) Quid est hoc? An non dixerat modo illos suadisse, uerum interpres abusus est suadere pro persuadere. Suadet em̄ qui cōsulit, persuadet, qui quo uult inducit hominem. Græca uox anceps est ad utrūq; περὶ διψη. insuper cōuenit, non solum suadenti aut persuadenti, uerum etiam ob temperatiū μὴ περιδομένου de autov. Ceterum cum illi non persuaderetur, siue cum ille nō obtemperaret, quicquid.

Præparati ascendebamus.) ἀποκενασάμενοι, quod ego puto uertendū, sublati sarcinis.
Iasonem quendā.) Graci legunt μνάσωνι την, id est, Mnasonem quēdam. Ut dissimulē
quod ἐδέξασθον uerterit magnificabant pro glorificabant.

Audierunt autem de te. κατέχεται. Idem uerbum unde diximus dici catechumens. Nec est discessionem, sed ἀποστασιαν, id est defectionem. Eodē utitur paulo post ὅτι
διδάσκεται. Eorum qui per gentes sunt iudeorum.) τοὺς καταέθνη πάντας ἴσδαις, id
est eos qui in gentibus sunt omnes iudeos. Offendit interpretem geminus accusatiuus
additus uerbo docendi.

Nec secundum consuetudinem ingredi.) μήτε τοις ἔθεσι περιπατέη, nec iuxta consuetudines ambulare. Nam ambulare uocat uiuere, & consuetudines, instituta & morem eius gentis. Nec est falsa sunt, sed ὅνδ' εύ δέη, id est nihil sunt. Atq; ex hoc sane loco Iacobus plane uidetur tum adhuc in ea fuisse sententia, ut existimatet Iudeis seruādam esse legem Mosaicam. Cum Petrus & Paulus gentili more uixisse legantur. Nec est sancti ficate, sed ἀγνίσθη, id est purificare, & paulo post, purificatus ἀγνισθεί.

Concitatuerunt omnem.) συνέχεοι, id est confundebant, siue conturbabant, & totū potius ἐς omnem. Nec est populum, sed ὑπάρχων turbam, siue multitudinem. Et succurrite potius ἐς adiuuante, βοηθείτε. Nam adiuuat, qui est particeps operis. Et hic est homo, διάδημα τός, id est ille homo.

Omnis ubiq*ue* docet.) Per i*n*st*an* apud nos gratia schematis *wántas πανταχού*, id est, omnes omni*ne* in loco. Nec est uiolauit sanctum locum istum, sed *κεκοίωκε*, id est prophanauit, siue ut Hebrei loquuntur, comunem reddidit.

Certum cognoscere.) τὸν ἀσφαλές. Recte sane hoc. At cur non itidem transtulit in præfatione Euangeliū τὴν ἀσφαλείαν certitudinem.

Luzzia

Iussit eum duci in castra.) ἐν παρεμβολῃ. Ita uocat locū cōmunitū. Cæterum quidam ex castris fecerāt carcerem, & ob id admonendum duximus, ne serpat id mendi latius.

Nonne tu es Aegyptius ille.) Aegypti male audiebant olim, tanq̄ malarum autores artium. Id quod non paucis locis indicat Iuuenalis, ac Lucianus. Quin & prouerbijs alii quot huius gentis mores notati sunt quæ recensuimus in Chiliadibus nostris. Et Sicariorum) græce scribens usus est uoce latina, id quod iam nouum uideri non potest, cum toties sit obuium.

A Tarso Ciliciæ.) ταρσούς της κιλικίας, id est, Tarsensis, quæ est ciuitas Ciliciæ. Est autem Metropolis eius regionis. Nec est ignota, sed ασκία, id est, obscuræ. Testatur idem Stephanus de nominibus urbium, hanc ἐπισκυρίου appellans, hoc est primariā ac præter cæteras insignem olim dictam Terzon per epsilon, siue quod illic a diluvio primum apparuerit terra secca, siue quod illic delapsus pegasus, talo fracto quam illi ταρσός appellent claudicationem contraxerit. Porro quātumuis fuit celebris alijs nominibus, nullo tamen insignior, quam quod illi Paulum debemus, usq; adeo præcipuum Christianæ philosophiæ præconem ac propugnatorem, ut ni ille nobis diuino munere contigisset, periculum fuerit futurum, ne Christiani omnes in seruilem illam & humilem Moysi legem relaberentur. Quāq; nunc quoq; ratione magis q̄ numero cærimoniarum ab illis differimus. Eo Christus progressu temporum recidit. Est & alia eiusdem nominis in Bithynia.. Porro quod quidam legunt municeps, quidam ciuis, græcis est πολίτης, id est ciuis. Verum opinor interpretem offensum affinitate uocum ciuitatis & ciuis, quæ tam eadem est in sermone græco.

EX CAPITE XXII.

Redde rationem.) ἀπὸλογίας, quod & defensionem & excusationem significat; luxta ueritatem paternæ legis.) κατ' ἀρχήν πατέρων μόμον, id est iuxta exactam rationem patriæ legis, siue iuxta rigorem patriæ legis, & patriæ potius q̄ paternæ, cum non de patre suo, sed de omnibus progenitoribus sentiat.

Aemulator legis.) οὐλωτὴς θεοῦ, id æmulator dei legimus apud græcos.

Sicut princeps sacerdotum.) ὁ εἰς ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, id est quemadmodum & pontifex mihi testis est. Et rursum αὐτὸς ὅμη omnes maiores natu, cū græce sit πᾶς τὸ πρεσβυτεῖον, id est omnis presbyterorum ordo. Opinor enim hic de dignitate sentiendum non de astate.

Vt adducerem inde uinctos.) ἔξωπλο τούτο ἐκεῖστι ὄντας δεδεμένος, id est, adducturus & eos qui illic essent uinctos Hierusalem.

Circūfusit me lux copiosa.) περιασφόται, id est, circūfulgurare, potius q̄ circumfulgere, quemadmodum indicatum est & ante.

Et decidens in terram.) ἐπισάτε ὑε, τὸ φθόνον, id est cecidiq; in solum. Id enim sonat φθόνον, etiam si saxeum sit, aut ligneum.

Saule Saule.) Græci legunt Saul Saul, Hebræorū more. Cum illi Christus hebraice loqueretur ut posterius testatur ipse Paulus.

Et qui mecum erant, lumen quidem uiderunt.) His addunt Græci καὶ ἐμφοβοὶ γένοντο id est & territi sunt, deinde adjicitur, uocem autem non audierunt, quæ loquebatur me cum. Evidem non possum, non uehementer, non probare diligentiam Laurentij Valerii, qui cū homo rhetoricus esset, ut uulgaris existimat, certe theologiam non profiteretur, tamen uigilantia tanta uestigarit, quid in sacrī literis, aut disluderet, aut conueniret, aut depravatum esset. Cum hodie tot sint theologorum, ausim dicere milia, qui usq; adeo, non utantur hac conferendi disquirendiq; solertia, ut ne id quidem cognitum habent, qua lingua scriperint apostoli, & cum forte fortuna audiunt Marcum Lucam, Paulum Petrum ac Ioannem græce scripsisse, uelut ad rem inauditam & incredibilem

Taratozdia mōys theologij i sacrī literis,

obstupescunt. Alius putat illos, nisi nisi Hebraice scripsisse, cum fuerint Hebrei. Alius
haec ab illis edita credit, quæ nos uulgo legimus. Tanta est in re tam necessaria socor-
dia. Rogat autem qui consistere possit, ut cum Lucas superius scriperit eos qui Pau-
lo comites erant, uocem quidem audisse, ceterum neminem uidisse, hic neget eos au-
disse uocem loquentis cum illo. Deinde qui conueniat, ut cum illic dicantur stetisse stu-
pefacti, paulo post hanc eandem rem exponens Agrrippæ Paulus dicat omnes fuisse
collapsos in terram, quod hic de se tantum narrat. At illic, Die media in uia uidì rex de
cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant
omnesq; cum decidissimus in terram, audiui uocem mihi Hebraica lingua dicentem,
Saul. Saul. Quomodo factum est, ut pugnantia scriperit Lucas, & illic sub persona re-
ferat, audisse uocem loquentis, cum Paulus, hic rursus ipse narret uocem uni sibi fuisse
auditam? Nam quod dissenserit de stando & cadendo, non ita magni negotij est dissol-
uere. Siquidem fieri potest, ut ad primum pauporem collapsi, mox erexerint se, Paulo
adhuc iacente. De uoce audita & non audita durior est nodus. Recentiores utcūq; ter-
giuersantur, cum aiunt uocem quidem hoc est sonitum ueborum auditum. Ceterum
uerba uni Paulo percepta, ita factum, ut audita fuerit vox, & eadē non audita, Valla
magis existimat superiorem locum, in quo Lucas hanc historiam, sub sua ipsius perso-
na recenset fuisse depravatum transpositis duabus uoculis, ijsq; inter se non admodū
dissimilibus apud Græcos duntaxat, φωνὴ & φωνὴ. Ceterum a Luca sic fuisse scriptum, ui-
dentes quidem lumen, neminem autem audientes.

Cum non uiderem præ claritate luminis.) ἀπὸ τοῦ δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, id est, præ gloria luminis illius.

Ananias quidam vir secundum legem testimonium habens,) Greci codices, nonni-
hil addunt ἀνανίας τις, & νήσονται λαβεῖς κατὰ τὴν θύμων μαρτυρίου μεν Θ' απὸ τῶν των, id est, Ananias
as quidam, vir pius, siue religiosus, in lege testimonio probatus omnium habitantium
in Iudea. Laurentius indicat se in uno latino codice reperisse additum, quod græcae no-
ci responderet Ananias, quidam, vir timoratus. Timoratum enim pro religioso dixit.
Cæterum pro ἀνανίᾳ in nonnullis exemplaribus erat ἀνεψιος hoc est pius.

Ab omnibus cohabitantibus Iudaeis.) Habitantibus est siue in habitatibus κατοικουντιων. Et quidam Graecus codex habebat ascriptum, sed in spacio dirimenter uersus, ex d' Aquino, ab omnibus habitantibus Damasci Iudeis.

Respice.) ἀνάβλεψο, hoc est recipe uisum, siue attolle oculos, ut mox & respexi ἀνέβλεψα
τα. Praordinauit te.) προεχεργίσατο, id est præparauit te, siue prius apparauit te, nisi quis
malit προεκυρώσατο, id est prius statuit. Ceterum id nō erat in ullis Græcorum exempla
ribus. Nec Ananias hic agit de prædestinatione diuina, sed de ruina ac cæcitate Pauli, qui
bus rebus Christus iam agebat & aggrediebatur, ut hac occasione cognosceret euange
lij fidem. Quæ uidisti & audisti.) εἴπεις ὥσπερ. Articulus postpositiuus, iuxta Græcorū
idioma, congruit antecedenti pnomini quod subauditur, eorū. Dissidēs a suoipius ue
bo. Interpres bene adiecit de suo eorum.

Ego stabam & cōsentiebam.) Hic Graci addūt duo uerba τῇ ἀναγένθετο αὐτῷ, id est mori
ti eius, καὶ ἀντός θυμῷ ἐφεσώς Κ συνευδοκῶμ, id est, Et ipse eram assistens & comprobans ins
terfectionem eius.

Tolle de terra huiusmodi,) τοῦτον, id est talē, ut ad Paulum referatur. Vnde nō male addidisset huiusmodi hominem. Et mox, non est fas, sed κακόν, id est non conuenit sive non decet.

Et flagellis cedi & torqueri. ἐκέλευσεν ἀυτὸν ὁ χιλίαρχος οὐ γενθάνει τὸν παρεμβολήν, εἰ πῶρ μάστιχη ὀνειτάζειν ἀυτῷ, id est, iussit eum tribunus duci in castra, dato mandato ut flagris examinaret eum. Nec aliud fuisse iussum indicant ea quae sequuntur. Ut illud interim

Interim dissimulem, quod si hominem Rhomanum dixit, pro an hominem. Quando/ quidem adeo constanter id facit, ut suo iure videatur facere.

Multa summa.) πολλοῦ κεφαλῶς. Ita Græci uocant suppurationem in summam sub- ductam. In nonnullis legitimus hanc ciuitatem, in alijs hanc ciuitatem, Græce τωλιτεῖαμ Laurentius magis probat ciuitatem. Ego contra ciuitatem. Quandoquidem ciuitate donari dicuntur latinis, quibus ius ciuitatis concessum, & ut Græcis a πολίτης πολιτεία, sic nobis, a ciue ciuitas dicitur. Nec est cōsecutus sum, sed ἐκτοσάμην, id est paraui, quod ante uertit, possedit agrum de mercede iniquitatis.

Volens scire diligentius.) Τὸν φαλέσ, id est, certū, ut & superius uerterat certius, quod nunc uertit diligentius.

EX CAPITE. XXIII.

Percutiat te deus paries.) In plaricq; latinis exemplaribus percutiet mutatum erat in percutiat, quasi Paulus imprecaretur pontifici malum. At græci legunt τύπερ τε μὲλλε, id est futurum est, ut te percutiat deus. Nec in his apud græcos est facilis scripturæ depravatio, nisi quis locum hunc studio mutauit, ne Paulus uideretur oblitus exempli Christi, qui similiter accepta plaga, mansuete tranquilleq; respondit, quicq; iussit ut bene precaremur male precantibus, bēne mereremur de male merentibus. At si Paulus tantum prædixit futurum, ut deus illum ferri et, cur mox uocant maledictum, & ipse ueluti redarguens seipsum, scriptum est (inquit) Principi populi tui non maledices. Nisi forte, qui cōmoto animo prædictit euenturum, is maledicit. Quāquā de cōuicio facile sit explicare, quādoqdē, in pariete dealbato maiestū cōuiciūg est. Sed potuit fieri, ut Paulus non agnosceret primariū sacerdotē, uel ex ipso ornatu, præsertim homo Iudæus, nusq; loci nō uersatus? Deinde cur recantat, non quod homini maledixerit, sed quod principi populi? At sane iudicem esse sciebat, etiam cum conuicium diceret. Tu (inquit) sedens iudicas me secundum legem. An cæteris licet maledicere, soli principi, non licet? At Christus noluit cuiq; omnino maledici, Diuus Hieronymus adducens hunc locum in dialogis aduersus Pelagium, excusat quidem Paulum, uerum fatetur eum non præstissime mansuetudinem eam, quam præstítit Christus. Verum hoc scripsit Hieronymus undecunq; suam munens causam, & in ipso quoq; Christo aliquod imperfectæ pietatis uestigium inquirens. Nec ipse dissimulat, aliud esse colligare nodis aduersariū, & docere discipulū. Aliud agit qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Deinde ut sunt diuersæ hominū ingenia & instituta, ita sunt & diuersæ sententiae. At nos nulla harum rerum habita ratione, ex quoq; cuiusuis operis angulo tria uerba decerpimus, & inde contexto syllogismo nouum aedimus oraculum. Evidem non nego Paulum caruisse prorsum humanis affectibus, cum ipse meminerit de stimulo carnis, & constet inter Barnabam & ipsum, nempe duos optimos uiros dissidium aliquod exitisse. Cæterum hoc loco, consentaneum est Paulum non ignorasse summum sacerdotem, nec tamen illi male præcatum, hoc animo quo vulgus irritatum solet, sed apostolico spiritu incanduisse aduersus eum, qui cum optimi uiiri teneret locum, ne speciem quidem æquitatis præberet, quam præstabant etiam ethnici. Sic Petrus incanduit aduersus Ananiam & Saphyram. Sic hic ipse Paulus aduersus Elymam magum. Quid igitur est, quod excusat se, nesciebam quod esset pontifex? Nimirum cessit tumultui, & se ignorasse pontificem dicit, qui se non pontificem, sed tyrannum re declarabat. Itaq; gemino nomine concedit turbæ, primum agnoscens esse pontificem, qui re ipsa non erat, nisi paries dealbatus. Deinde conuicium esse, quod illis uidebatur conuicium, cum non esset conuicium, sed libera obiurgatio. Porro testimonium quod adduxit, extat Exodi capite uii gesimo secundo

gesimo secundo. Dijis non defrahes, et principi populi tuū non maledices Hebrei legunt ad hunc modum. **אַל־חִיּוֹם לְאַפָּאֵר בְּעַבְדָּן**. Siquidem illi iudices deos vocant.

Quid si spiritus aut angelus.) Gracis secus legunt, ut de πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἡ γῆ ἦ Θεού μαχώμην, id est quod si spiritus locutus est illi, aut angelus, ne pugnemus cum deo quo uerbo usus est ante Gamaliel.

Deuouerunt.) ἀνεθεμάτισαν, quod tamen eleganter uertit interpres. Demiror equidē quis hoc indicarit Carrensi, gracis hoc loco scriptum anathematizauerunt. Et paulo post deuotiōe deuouimus, ἀναθέματι, ἀνεθεμάτισαν, id est execrari seipsum, ac diis magnibus, ut ethnici loquuntur dealere.

Notum facite tribuno.) Gracis non nihil dissonant a nostris νῦν δυρ ὑμῖν ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ, καὶ τῷ συνεργῷ, ὅπως ἄυριον ἀντὶ πατρικής τρόπος ἔμαιε, ὃς μέλλοντας διαχινώσκεται ἐκεῖθεν τὰ περὶ αὐτοῦ, id est. Nunc igitur indicate tribuno & concilio, ut cras eum producat ad nos, uelut disquisituros exactius de causa illius, tametsi nonnulli Gracis codices propemodum consentiunt cum nostris exemplaribus, in quibus est, ὑμᾶς uos, pro ὑμῖς & μέλλοντες pro μέλλονται. Atq[ue] ita sensus erit. Nos plane decreuimus quocūq[ue] periculō Paulum occidere, uos adiuuate, ut tantum producatur ad populum, abutentes hoc praetextu, quasi uelitis exactius de causa disputare. Alioqui sciebant tribunum non producaturū Paulū cognitis insidijs. Atqui sic exponit Carrensis, uelut hoc ipsum uoluerint nunciari tribuno & concilio, quod destinasset per tumultum occidere Paulū, iam uero Lyrano nescio quid acciderit hoc loco, quem apparet ita legisse. Nunc autem uos notum facite tribuno cum consilio, idq[ue] cū male legerit, peius interpretatur, uos (inquit) cum consilio, id est uos simul conciliati Pharisæi & Sadducae, ne per uestram dissensionem impediatis mortem Pauli. Quis hæc posset cominisci, nisi penitus Aristotelis dialecticam ac physicam imbibisset?

Quoniam hæc nota fecisset sibi.) Interpres bene mutauit personam secundam in tertiam. Nam græce est παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας τρόπος με, id est ius sitq[ue] ne cui efficeret, quod hæc indicaueris mihi, nisi maius infinitum modum posuit uice imperatiui, quemadmodum nos uertimus.

Et lancearios ducentos.) δεξιοβόλους, quod dextra mitterent hastilia. Nā olim fere misilibus utebantur. Ac mox, & iumenta præparate) κτήνατε παρασχότε, id est iumentaq[ue] exhibere. Et hic usus est infinito pro imperatiuo.

Timuit enim, ne forte raperent eum Iudei & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanq[ue] accepturus pecuniam.) Quæ haec tenus recensui omnia desunt in Graciis exemplaribus, quæ quidem mihi uidere contigit. Opinor obliuione. Nec offendit hic locus Laurentium Vallam. Vnde apparet exemplar illius hæc habuisse.

Optimo præsidi.) τῷ κρατίῳ, quod ut ante dictum est, magis competit in potentem, q[ue] in bonum uirum.

Per noctem in Antipatridem.) Nihil opus erat præpositionem apponere, cum Antipatris uocabulum sit ciuitatis palæstinæ ab Antipatro patre Herodis sortita nomen.

De qua pronunciasset.) ἐκ ποιας ἐπαρχίας, quod sane nō ineleganter reddidit interpres.

EX CAPITE XXIIII.

ET multa corrigantur per tuam prouidentiam.) Gracis est non ἀνορθωμάτωμ, sed κατορθωμάτωμ, quod rem cū uirtute & laude factum significat, interprete Cicerone, quod latini uocant officium, a uerbo κατορθόω. Sensus enim est cum per tua prouidentiam multa fruamur pace, multaq[ue] officia præstes huic populo.

Suscipimus optime felix.) ἀποδεχόμενα, quo uerbo nōnunc & Paulus usus est, p[ro]ap[ro] probare,

probare, & amplecti:

Ne diutius te protraham.) ἐγκόπιον, id est impediam, siue morer, aut detineam & protua clementia est, επιείκεια, quod alias humanitatē alias aequitatem uertunt.

Hominem hunc pestiferum.) Græcis non est pestiferum, sed λοιμός, hoc est pestem, quemadmodum exitiale ex uitium uocant ὄλεθρον, nec est hominem, sed virum.

Et autorem seditionis sectæ.) Seditionis abest in Græcis codicibus προσάτη τε τῆς θεᾶς ναζωραϊου ωρέσεωσ, id est autorē seu præfactū sectæ seu factionis quæ dicit Naçarenorū.

Etiam templum conatus est uiolare.) βεβηλώσω, id est prophanare, nimirum quod in duxerit græcos. Ne quis imaginetur accusari Paulum quod uim admouerit templo.

Quem & apprehensum uoluimus secundum legem nostram iudicare.) Superuenies autem tribunus Lysias, cum uī magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te uenire.) Hæc omnia deerant in multis exemplaribus Græcis. In uno dūtatur reperi aucta, sed minutissimis formulis, idq; in spacio marginali. Vnde & adiecit, uelut omissa librariorum incuria præsertim, cum hoc loco nihil offenderit Laurentium. Annente sibi præside.) νεύστῳ Θεοῦ Τοῦ Καραμόνθ, id est, cum annisset ipse præsul, Interpres legisse uidetur θυσία. Nec admodum refert.

Bono animo pro me satifaciam, Καθηγούσθε παραχρηματοῦ ἀπολογοῦμαι, id est, aequatore animo pro mea causa respondeo. Est enim præsentis temporis ἀπολογοῦμαι, quod interpres uarie uertit. Est autē proprie apologia, oratio qua le defendit apud iudicem reus.

Neq; probare possunt tibi, de quibus nunc me accusant.) οὐτε παρασήνει με δύναται, περὶ ἀρνητηγούσθε, id est, nec exhibere me possunt, in his de quibus accusant me. Exhibere dixit pro conuincere.

Secundum sectam quam dicunt hæresim.) Cum hæresis apud Græcos, nihil aliud sit q̄d secta, quid uenit interpreti in mentem, ut latinam uocem interpretaretur per aliam græcam, sed idem significantem? An uerebatur, ne quis parum intellecturus esset uocabulum sectæ, & ob id græca uoce ceu notiore explicuit? Qua propter sciat lector Græcis non esse sectam, alioquin bis erat dicendum secta & secta, sed δός, id est uia, κατα τὴν δός οὐκ λέγουσιν ἀρεστη, id est iuxta uiam, quam dicunt hæresim, siue sectam. Exponit enim Paulus, quid dixerit uiam. Hoc est uita institutum, quod notiore uerbo sectam uocant. Sentit enim de secta pharisæorum, quæ cæteris antecellebat eruditio. Ceterum hæresis apud ueteres non erat tam odiosum uocabulum, quam est hodie apud Christianos, quibus cum summa competit concordia, utpote eiudē corporis membris, iure uidelicet optimo inuisum est, secta uocabulum, diuisionem sonans.

Deseruio patri & deo meo.) Primum deseruio est λατρεύω, quod est cultum exhibere, a quo uerbo dicta est Theologoz latria. Quoquidē in loco nescio quid sibi uelit Hugo Carrensis, excusans Paulum, quod se hic æquarit prophetis. Cum nihil huiusmodi percipi possit ex uerbis Pauli. Deinde nō est patri & deo, sed patro deo τῷ πατρῷ τῷ δός. Quod tamen haud accidit interpretis uitio, sed librariorum errore. Neq; uero hoc loco dormiuit Carrensis addens, quod deum patrem suum dixerit Paulus, cuius filius demonstraretur nō seruus. Quasi uero Paulus ullo titulo magis soleat glorificari, q̄d quod seruus esset dei ac Iesu Christi. Se nunq; uocat filium, nisi cum de omnibus in genere facit uerba. Porro patrium deum uocat, quod idem esset, cuius cultum a maioribus suis accepisset, ne uideretur abrogare religionem Iudeorum.

Sine offendiculo conscientiam.) ἀπόστολον οὐνέιδος, ueluti dicas inoffensam cōsciētiā, siue expertem offensā, hoc est, quæ nusq; offendat.

Quidam autem ex Asia Iudei.) Non est absolutus sermo, nisi subaudias aliquid. Et quod demiror sensit hoc Carrensis, ac supplendū autumat; uiderūt me in templo. Quasi uero id quicq; ad huius cause defensionē pertineat, si uisus est ab Asianis Iudeis in templo.

Ego puto

Ego puto e proximo sarcinandum, quod deest. Nam cum modo dixerat se fuisse purificatum in templo, sed circa tumultum, subiicit. Cæterum quidam Asiani Iudei, subauditas, concitarunt eum tumultum non ego.

Nisi de una hac uoce,) Interpres pro ἡ legit εἰμι. Quid autem Agnoscit Paulus hoc unde
crimen, quod ea uoce concitarit seditionem? Non opinor, ni forte data opera hoc admis-
scuit, quo rursus Iudeos inter se cōmissos a se auerteret. Certe secus legūt Graci ἡ περὶ
μίσας ταῦτης φωνῆς ἡ ἐκέκραξα ἐώς ἐμάυτοῖς, id est aut de una hac uoce, qua clamaui stans in
ter eos, ut sit sensus, si nihil aliud habent, uel hoc obiciant crimen.

Certissime sciens.) ἀρχιβέσπορειδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ. i. cum exacte nosset eam uiam, abusus est comparatiuo uice politiu, ni referas ad Lysiam tribunum, ut intelligamus Felici notiorem fuisse eam sectæ rationem ἢ Lysiae, quod diutius fuisse apud ludæos magistratu functus. Vt haberet requiem.) κανεῖσθαι relaxationem, hoc est ne durius aut arctius haberetur. Ac mox (nec quenq[ue] de suis) καὶ μηδένα καλύειν οὐδὲ ωράυτοῦ ὑπηρετεῖν. Οὐ προσίχειν διωτῶ. i. & nec quem familiarium illius uetaret inseruire aut adire εὗ. οὐδὲ enim uocat Pauli uel amicos familiares, uel ministros, uel discipulos. In nonnullis græcis codicibus pro οὐδὲ ωρά scriptum erat οὐδὲ ωρά. i. ludæorum. At altera lectio, uel hoc nomine mihi magis probatur, quod cum nostra consentiat æditione.

EX CAPITE XXV.

Adieruntque eum principes sacerdotum. ἡγεμόνισσαρ μὲν αὐτῷ. i. significarunt ei, id est priuatum. Superius ueritatem notum facere, ac mox, adire.
Postulantes gratiam aduersus. ἀπούμενοι χάρην, gratiam hoc loco uocat fa-
uorem iudicis. Et mox, potentes, δυνατοί, hoc est qui possunt, & quibus cōmo-
dum est eo nos consequantur.

Postulantes aduersus illum damnationem) δίκην, quod causam, ac litem, sive ius significat, nonnunq; & poenam. Nos uertimus cognitionem. Quis enim postulat damnationem a iudice indicta causa?

Aliquem donare priusq;. In nonnullis scriptum erat dānare pro donare, quod praecesserit de postulata damnatione. Ceterum grace est χαρίζεσθαι εἰς ἀπώλειαν, i. donare in perniciem, sive in interitum. Est autem χαρίζεσθαι in gratiam alicuius donare.

Nulla causam deferebat, de quib⁹ ego suspicabar malū.) Locus hic apud latinos non nihil est corrupt⁹, cū apud græcos syncretus habeat ὅνδε μισθίαν ἐπεφερούσην πτενόουμ ἐγώ id est nullum crimen intentabant super hisce rebus, de quibus suspicabar ego. Suspiciabatur em̄ eos accusaturos Paulum de alijs rebus, q̄ de questionibus legis, quas ut super stitiosas negligebat Rhomani.

Cum multa ambitione.) μετὰ πολλῆς φαντασίας, id est, cum multa ostentatione, nos strepitum, sive apparatum dicere possumus.

Interpellavit me.) ἐνέτυχό μοι, id est adiūt, siue conuenit me. Quādēcim sicut recte uerit interpres. Adduxi eū ad uos.) ἐφ' ἡμῶν καὶ μάλιστα ἐπί σου, quod magis sonat Græcis ad cognitionem, siue iudicium tuum quādēcim ad te, aut ad uos.

Sine ratione em mihi uidetur.) ἀλογον id est iniquum quod uulgo uocant irratioabile.

EX CAPITE XXVI.

AEstimo me beatū.) Vt ne quid causemur, quod pro existimo dixit aëstimo, cū gæce sit ἡγημαι, quod cū sim defensurus, pro quod sim defensurus. Ceterum ēπι σοῦ apud te belle uertit. Cū antea uerterit ad te, lam cum præcesserit apud te, uide q̄ē cōcintie cohæreat, maxime te sciente, uerum illud omnium suauissimum, quod addit, omnia quæ apud nos sunt consuetudines & quæstiones, ceu theologi fas sit, ita loqui omnia cōsuetudines & quæstiones. Atqui Hieronymus in libro quē

scripsit ad Pāmachium de optimo genere dicendi, citans hunc locum, uertit ad hunc modum. De omnibus quibus accusor a Iudeis o rex Agrippa, existimo me beatum, cū apud te sim hodie defendendus, qui præcipue nosti cunctas quæ in Iudeis sunt consuetudines, & questiones. Nos uertimus hūc in modū. Super oibus de quibus accusor a Iudeis rex Agrippa existimo me beatū qui causā dictur⁹ sim hodie, apud te quod tu maximes sis gnarus earū quæ apud Iudeos sūt & questionū & cōsuetudinum. Græca sic habent. περὶ πάντων ἡγεμονίας ἐπὸ τῶν ιδεῖσιν βασιλεὺν ἀγρίων καὶ μακριῶν μέλλων ἀποιγεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σύμμερον, μάλιστα γράψῃ ὅντα σε τάντων τῶν κατίουνταίους οὐδὲντες κατηκούμενοι. Quæ ab initio fuit in gente mea) Bis est hoc loco ἄνωθεν, quod interpres uertit ab initio, significat autem uita seriem ab initio usq; ad finem.

Secundum certissimam sectam) κατὰ τὴν ἀριθμέτην ἀπεριφερεῖσθαι Phariseorum sectam hæ resim vocavit, haud dubie quin in bonam partem. Deinde quod hic uertit certissimam græcis est, ἀριθμέτην hoc est exactissimam ac diligentissimam, quod esset eruditior ac rigidior q̄d sadduceorū, proximeq; ad uerū accedes. Et nunc in spe quæ ad patres) ἀπελθόντες, Melius erat de spe. Et mox (duodecim tribus) τὸ δωδεκάφυλον græcis unica dictione est, quæ significat non unam aut alteram sectam sed uniuersam gentem iudeorū in duodecim tribus distinctam, cui respondet participium) λατρεῦον, quod ut saepe iam diximus cultū numinis significat. Cæterū apud nos desunt duo uerba εἰπεὶ κτενεῖς, id est acriter siue assidue, ut legas duodecim tribus instanter nocte ac die seruiuimus.

Vt constituam te magistrum) ἀρχαγρίσασθαι, id est ut præparem, quod ante uertit præ ordinare. Eripiens te de populis & gentibus in quas) Græcis est ἐκ τοῦ λαοῦ, id est de populo, sentiens nimis de Iudeis. Et nonnulli græci codices pro populo habebant Iudeis. Repetit ad eūdē modū paulo post. Τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι, id est populo & gentibus. Verum apud illos non est in quas, ut respondeat gentibus, sed διεγ, id est ad quos, rei magis habita ratione q̄d uocis.

Volentes me interficere) διαχειρίσασθαι, quod magis significat iniecta manu uiolare, q̄d interficere. Si passibilis Christus) εἰ ταῦτα δὲ χριστός, an pati debuerit Christus. Sic enim disputabat ex prophetis, ut ostenderet illorum uaticinia competere in Cristum. Siquidem hæc referenda sunt ad prædictionem prophetarum, non ad Christū passū. Alioqui parum apte cohærebit lumen annuciaturus sit populo.

In modico suades) ἐπολιγώ πειθεῖς. Primum modicum pro paulo suo more usurpat, Deinde inter suadere & persuadere non sentit esse discrimen apud latinos, etiamsi apud græcos unicum uerbum nostris duobus respondet. Cæterum haud erat in procliui, cōmodo locum hunc uertere. Valla putat ita reddi potuisse. Parū abest, quin persuadeas me fieri Christianum. Cui Paulus dixit, Optarim apud deum, siue parum, siue multum abest. Arbitror & ita reddi potuisse, aliquantulum mihi persuades, ut siam Christianus. Et Paulus ait, Optarim adeo, ut non solum aliquantulum, uerum etiam multum, neq; te tantum, sed & omnes qui audiunt me hodie.

EX CAPITE XXVII

VT autem iudicatum est eum) ἐκρίθη, id est decretum est, siue cōstitutum. Nec ad Paulum refertur, sed ad regem & præsidem, qui sic statuerant auditio Pauli. Tradiderunt Paulū cum reliquis custodijs) παρεδίδοψ τούτε πάντοις καὶ τίνας ἑλέθεις δεσμού ὥτας, id est tradiderunt tū Paulum, tū alios quosdam vincitos.

Nauim Adrumetinam) Carrēsis interpretatur Adrumetinam nauem, quæ Rhomā petat. Cæterum Adrumetum siue Adrumeti ciuitas est Mylae autore Stephano. Est & Adramattis insula Lyciae & Adrumes adrumetis ciuitas Aphricæ. Vnde dicendum erat Adrumetinam.

Peruenimus in Lystram, quæ est Lyciae) κατάλθομεν εἰς μήρα φειλυνίας, id est deuenimus Myram quæ est Lyciae, siue ciuitatem, Lyciae. Pronunciatur autē bifariam, genere m m neutro,

neutro & foemino. Cæterum Lystra Lycaoniae est, non Lycia. Carrensis homo uigilans admonet hoc loco apud Græcos haberi Smyrnā, sed ab Hieronymo ponit Myrrhā. Tardè nauigaremus) Græcis composita dictio est, Εραδ' υπλοοῶτες.

luxta Salmonem.) Salmon ciuitas est maritima insulæ Cretæ.

Qui vocatur boni portus.) Boni portus pluratiui sunt numeri, καλοὺς ληπίνας. Quādē magis dixit pulchros portus & bonos. Sunt autem, ni fallor, de ciuitate Cretensiū, cui nomen καλόνται. i. pulchrum litus.

Cui iuxta erat ciuitas Thalassa.) Indicat & Diuus Hieronymus huc locum corrupte legi Talassa, quacumque id ipsum quod uice corrupti uocabuli subiecit, in uulgatis codicibus corruptum erat. Siquidem scriptum erat Laphet, Graci legunt Lassha, quae & ipsa ciuitas est litoralis Cretae, haud procul a bonis portibus.

Consolabatur eos Paulus.) Quid acciderat illis, ut egerent consolatore? Nam Græcis est παρέγγειλαι. i. hortabatur, siue admonebat, ne longius irent. Quanquam ipsa Pauli oratio, quæ mox subiicitur, satis arguit, illum non consolari, sed dare consilium.

Incipit esse nauigatio.) μέλλειν τοιςδε i. futuram esse nauigationem, quod tamen frequenter ad hunc uertit modum.

Deuenientes Phœnicem hyemare.) Phœnicem hic est accusatius a Phœnix, quæ Græcis palmam significat, unde & Phœnicen Syriæ partem appetet dictam. Ipse Lucas indicat esse portum Cretæ huius nominis.

Ad Africum & Chorum.) Ventorum nomina sunt. Duos nominat, quod ad utrūq; uergeret is portus. Dixerit quispiā, Quorū opus erat hoc admonere, quod nemo ne sciebat: līmo quorū attinebat, ut Hugo Carrensis tantus Theologus ascriberet com mentarij, Chorum esse insulam, aut ciuitatem in Creta. Vsgadeo nihil referebat, utrū nouam extrueret insulam, an nouā cōderet ciuitatē in uetusissima insula.

Cum sustulissent de Aſſon) ἔρωτες θεοπ. i. cum sustuliffent Aſſon. Incertum autem, an illuc appulerint, & rursum inde ſoluentes præteruecti ſunt Cretam, an Aſſo præterita putarint ſe iam eſte in tuto. Eſt enim Aſſos maritima Lyciae ciuitas, in ædito ſita pmon torio, adeo ut parum tutū ſit accedere. Vnde iocus Nicolſtrati Citharœdi, θεοπ. ἔρωτες θεοπ. οἱ Ἀδείρας περιεχομένης. i. Aſſon eas ut citius ad exitij terminos peruenias. Ac Hierony mus quidem Aſſon ponit in Asia. Cæterū opinor Lucam ſentire de Aſſo opidulo Crei ta, unde dictus eſt & Iupiter Aſſius. Nam adhuc lambebant litora Cretæ.

Ventus Typhonius.) Vnus est e uentis subitis ac repētinis, nomine Typhon. Quibus omnibus illud est cōmune, quod exalante terra coorti, nubibus obductis inclusi, non uno erumpant modo. Nam uagantes, ac torrentium more ruentes tonitrua & fulgura edunt. Cæterum maiore illati pondere incursuq; si flatu siccā ruperint nubē, p-cellam gignunt, quæ græcis dicitur ἔκβελλα. Sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igni, hoc est, sine fulmine uortice faciūt, qui Typhon uocatur, id est uibratus Ecnephias. Deserit hic aliquid secum e nube gelida abruptum, conuolens uersansq; & ruinam suam illo pondere agrauans, locum ex loco mutans, rapida uertigine. Quod si maiore depresso nubis eruperit specu, sed minus alto q; procella, nec sine fragore, turbo dicitur, proxima quæq; prosternens. Idem si fuerit ardenter accensusq; prester diciatur, amburens contacta pariter ac proterens. Porro Typhonem Plinius appellat præci-
puam nauigantium pestem, ut qui nō antemnas modo, uerum etiam ipsa nauigia contorta frangat. Cæterum tanto malo, tenui remedio occurri, si acetum in aduenientem ef fundas, cuius uis frigidissima est. Idem illis ipso repercussus correpta secum in celum refert, sorbetq; in excelsum. Dicitur autem Typhon a græco uerbo τύφων, q; est inflamo-

Qui vocatur Euro aquilo.) Græci pro Euroquilo legunt ἐυροκαλύπτων uox hinc dicta, qd ingētes excitat fluctus. Verū haud scio an Lucas tametsi græce scribēs, effinxerit uoce nostram dicens ἐυροκαλύπτων, quemadmodum Aquilam Paulus quocq; facit ἀκύλαντα.

Addidit.

Ecnephias.
Typhon.

Turbo.
Pfeffer.

VIA CAPI
Via recte inita excepit
malorum militarem legem.
Mystica Graecia legit. Mo-
de metu digni classis in del-
circutus. Verum hic in
Regi insperato, sed et inflammatu

Addidit autem non solum cognomen typhonis, ut periculum exprimeret, uerū etiā unda eriperet, ut intelligeremus hoc quoq; nomine incommodū, quod non faceret ad institutum cursum, cū notus sit accommodus e Syria nauigantibus in Italiam.

Nō posset conari inuentū, ἀμτοφθαλμεῖν, quod græcis sonat obtueri hoc est ex adverso aspicere. Porro qui renititur, obuertit oculos.

Data naue flatibus.) Græcis unica dictio, est ἐπισόντες, & referri potest ad τῷ αὐτέων οὐεῖα uox in confinio sita, utroq; respondeat, ad obniti & data.

Suis manibus armamenta nauis proiecerunt) ἀντόχεις τὴν σκευὴν τῷ πλοῖος ἔργοντα πολὺ id est nostris ipsorum manibus armamenta nauis proiecimus. Apparet interpretem legisse ἔργοντα, & ad sensum perpusillum interest.

Multa ieiunatio) ἀστία, id est inedia.

Auditō me) πάθαρχούσαρτας, id est obtemperasse mihi. Tametsi non uideo, cur hoc loco Valla notet interpretem. Non tollere a Creta) Græce est μη ανάσθαι, hoc est, non solvere a Creta. Lucrīq; facere iniuriam) κερδοῦσατ, hoc est accersere sine causa. Id em̄ lucrum uocant. Et ὕβρις, id est iniuriam uocat incommunitatem cœli ac uiolentiam maris. Nec est suadeo, sed παρανῶ, id est hortor.

Angelus dei cuius sum) Incertum erat utrum cuius referat deum, an angelum, nisi addidisset ἡ λατρεύω, i. quem colo, siue cui seruo.

Apparere sibi) ἀρσενάγεμ, quod magis sonat accedere. Nisi forte interpres legit προσάρτην, id est affulgere. Submittentes bolidem) βολίς dicitur a βάλλειν quod est mittere id est pondus funiculo affixum, quo deiecto nautæ explorant altitudinem maris. Cate rū Lucas unico uerbo dixit, quod interpres duabus redidit, βολίσαντες.

Incipent ancoras extendere) μέλλοντες ἐκτείνειν, id est extensuri, quod sepenumero fecit interpres. Verū hic duriusculum erat. Ac paulo post, ὥχει δὲ δύναμεν καὶ μέρα γίνεσθαι id est cum futurus esset dies, hoc est cum instaret dies, & non longe abesset.

Animaequiores autē facti) ἐνδυμοι, id est bono animo posituum est nō comparatiū. Litus in quem cogitabant) ἔχοντα ἀγνοεῖν, οὐδὲ δύναμεν. Cur non potius in quod ἄλλο in quem quandoquidem ἀγνοεῖν, græcis est masculini generis, quemadmodum & κόπως. Nā terram opinor expetebant. Et multa sunt litora apud cosmographos, quæ proprio uocabulo Aegiali uocantur, uelut inter Sicyonem & Buprasium. Est & alius finitimus pontus, post promontoriū Carambin. Cuius meminit Homerus. Rursus est Thracia apud fluuium Strymonē. Postremo est Aigialus, cognomēto magnus, inter Aegyptū & Aethiopiam. Et Hieronymus hunc locum citans Aegiali meminit.

Leuantes Artemonem) ἐπάρσαντες τὴν δρέπανον, id est sublata antemna & τῇ πνεούσῃ, quod interpres uertit secundum auræ flatum puto ad ἐπάρσαντες esse referendum, ut accipiamus carbasa oppansa flatibus antemna in altum subrecta, quo magis uenti arbitrio ferrentur in littus.

In locum Bithalassum) Nec exposuit græcam uocem interpres, nec nos eam incorruptam seruauimus. Nam Lucas scripsit εἰς τόπου διδάσκαλον, id est in locum bimare. Sic em̄ Horatius in odis, Bimarisue corinthi incenia, quod ea sit Isthmos, & utrinq; mari alluat. Contendebant, ut si possent in sinum impellerent nauim, Verum id nō contigit, uētis impellentibus in Isthmum aliquem in mare prominentem.

EX CAPITE XXVIII

Qvia mithene insula uocabatur) Hugo Carrensis liberum nobis facit, utrum malimus militenem legere an miletum. Etiamsi sunt, qui corruptius legunt Mytilene. Græci legunt Melite. Ea est insula, inter Epirum & Italiam. Vnde melitai dicti canes in deliciis habiti. Quamquam est Mithene Cappadocia ciuitas. Verum hic insulam uocat. In tumorem conuertendum μέλλει πιπεριῶν, id est inflammari, siue incendi. Quamquam id comitatur tumor.

mm 2 Benigne

Benigne triduo habuit.) φιλοφρόνως θέλεντεμ. i. amice tractauit, aut si dicere liceret homi spatus est. Cæterum quod uerbum tam elegans in metem uenerit interpreti demiror, tantum abest ut reprehendam, quod ille uertit habuit pro tractauit.

Cui erat insigne castorum? Castorum esse legendū, indicant etiā recētores Lyranus & Carrensis. Nam græcis est θιοσκούρωμ. Id enim nomis est Castori & Polluci, filii Iouis & Leda. Credidit antiquitas eos esse deos, salutares nauigantibus, si simul apparerent, apparet aut ignis specie malo aut autēnae insidētes. Cōtra, si singuli aut solitarij. Horū igitē insigne habebat ea nauis. Quæso te lector si libet ridere, legitio quæ prodiderit hoc loco Carrensis de insigni Castrorum. Quanq̄ adiecit deniq̄ nescio quis ueram ac seriam interpretationē. Neḡ uero minus festiuia sunt, quæ p̄didit de tribus tabernis. Cæterum ambo Castores nōnunq̄ uocantur, cum alteri dūtaxat id nominis fuerit.

Vsq̄ ad Appij forum.) Quoniam præcessit & sic Rhomam uenimus, ac postea mentio fit de Appij foro, quidam putant Appij forum in urbe Rhoma esse. Idq̄ legitur & in Catalogo locorum, quos indicauit Diuus Hieronymus in actis apostolo-

rūm, uerum ut illinc complura detracta suspicor, a compendiarijs, qui:

bus impendio placet adagium illud, inter pocula natum, Gaudent
breuitate moderni, ita video nōnulla ab alijs adiecta, quoru-
hoc unum esse crediderim. Alioqui constat oppidum,
quod Appij forum dicitur, longius abesse a Rho-
ma q̄ sit Aritia, id quod declarat Horatius

in Satyris. Egressum magna

me accepit Aritia

Rhoma

inde forum Appi

Proinde cum in summa dixis-

set esse itum, retrocedit nonnihil, ut occur-
sum fratum describat apud Appij forum ac tres ta-

bernas. Sic enim legimus in emendatis exemplaribus latinis, cū
in nōnullis scriptum sit, & tribus tabernis. Alioqui si Appij forum & tres ta-
bernae Rhomæ sunt, quid sibi uult quod mox subiicit, Ut uenimus autem Rhomam p-
missum est Paulo manere.

Manere sibimet.) μελίψη καθεισανθη. i. manere apud semetipsum, hoc est solum, & sine
reliquis captiuis.

Sine prohibitione.) ἀκωλύτως, quod bifariam accipi potest a nemine prohibitus siue
uetitus, aut hoc animo, ut a nemine posset impediri.

ANNOTATIONMM IN ACTA APOTOLORVM FINIS.

Carrensis.

ANNOTATIONES D. ERA
HILIA APOSTOLI, DILIC
ITIVM AD GRÆCAM
ITISSIMORVM EXEM
POSTREMO AD I

RVM CITATI



AVLV. S
luna a comi
minem, id c
bitore Paul
nam hoc ne
pe d' hyst. L.
gypsus Cali
gn imperiu
magno lumen ueracum, hec
fari nolum habent vocabulum i
solen, quemadmodum & hodie ex
nomi loquitur. Deniq̄ quo
familiare. Sicut varlam factum ele
rit, quicunq; le doctore probabili
nomine perpetuo est alius in scripto
in commentariis, quos olim in Pauli
fit. Nac quod ad hoc confirmatur, p
trahit forare penitā pellitum a S
bifari indicat. Sicut dicit tentati
p̄petuū, scđo quas in nominib;
habent, quas quoniam non est huius
est. dicitur sicut, cōmōdū
P. I. I. autem gratia fons quid
appellat. Rhomam pallium sona
ta, quæ latini interprete de commu
nemur. Vocata apostolis. I. v
dicitur ut nominatis p̄petuū, ambo
caus episcopū significantes non si
tē. Verum nomine est labifarium
Quemadmodum & paulo inferiori, i
nominis sanctus. Et autem uocat nom
in eo euangelio dicitur, quod uelut
ali occidat electi qui proximi sunt
ad dicas, vocandas apud dolorum dicas.